

I.

A. D. 1310 sequenti die Epyphanie Domini (*Jan. 7.*) inceptus est [*f. 2^a* iste liber de hereditatum obligacione.

Liber de hereditatum obligacione.

*5. Hinricus de Rode, filius Hinrici de Rode, concessit sorori sue domine Gislen suas duas hereditates, in quibus Kat pistor et Bertoldus Zoltman morantur, quas dieta domina statuit Everhardo de Molendino ad manus suorum puerorum pro 200 m. d. usque ad f. b. Michaelis. Ad hoe addit et dat eisdem pueris 300 m. d. tam in suis hereditatibus quam rebus promptis. Sed quam diu vixerit idem Everhardus et bene consulerit suis pueris, tunc dictam pecuniam possidebit.

*6. Dominus Gerwinus de Zemelowe emit in media hereditate Johannis Sconebecker 10 m. red., quod est wicbeldesghelt, pro 100 m. d. de proximo f. b. Michaelis ad 3 annos, quos infra dictum tempus reemere poterit. Quod si non reemerit, extunc dominus Gerwinus vendet aut exponet dictam hereditatem medium et quidquid superfluum fuerit, reddetur Johanni supradicto.

*7. Dominus Hinricus de Damenitz cum consensu suorum fratrum statuit Johanni dicto Went suam hereditatem in pl. Piscatorum, in qua idem Jo[hannes] moratur et sicut nunc est distincta, pro 100 et 50 m. d.

*8. Hinricus filius Boldewini statuit suam hereditatem sitam in pl. Tribbeses Martino Kalsowen et suis fratribus pro 60 m. d. ad 4 annos futuros, de quibus singulis annis dictis in quolibet f. b. Martini dictus Hinricus 6 m. red. erogabit. Si autem exuritur hereditas, quod Deus avertat, tunc primo anno non dabuntur dicti red., sed sequenti.

*9. Hinricus Grancin et Ludeko Pumpelun fideiussrerunt pro 25 $\frac{1}{2}$ m. d. et 2 sol. ad manus Theodorici filii Pumpelun, qui iure hereditario cedunt puer antedicto.

*10. Hermann de Bart statuit suam integrum hereditatem ante Kuterdor sitam Gerhardo dicto Scilder, suo genero, pro 100 m. d. de prehabito f. Nativitatis Domini ad 2 annos, de quibus annuatim dabit 10 m. red. Gerhardo antedicto.

*11. Domina Elizabet de Bucken statuit eius hereditatem in Zemelovenstraten Frederico de Helsiggenborch et Martino Kalsowen pro 100 m. d., de quibus singulis annis dabit 10 m. red. duobus antedictis. Scriptum sabbato ante Purificationem Marie (*Jan. 31.*) sub anno suprascripto.

*12. Johannes de Ruya sufficienti testimonio duorum nostrorum burgensium fidei dñorum videlicet Johannis Zuderlant et Timmonis Reper protestatus est se habere 18 m. d. in hereditate Hermanni Parlement, quod factum est quoram advocato et consulibus iudicio residentibus, videlicet Hermanno Albo et Johanne Papenhagen, IV feria proxima post Purificacionem s. Marie (*Febr. 4.*).

A. D. 1310 VI feria post Purificacionem s. Marie (*Febr. 6.*) hec [*f. 2^b* sunt *incepta*.

13. Hermannus Longus sufficienti testimonio duorum proborum Egberti Biscop videlicet et Johannis Parvi edocuit se habere 21 m. d. in hereditate Hermanni Parlement et hoc quoram advocato et consulibus iudicio residentibus videlicet domino Hermanno Albo et Johanni Papenhagen. Quod factum est IV feria proxima post Purificationem s. Marie (*Febr. 4.*).

*14. Borhardus Molendinarius statuit Willekino de Demin et Thydemanno Baggendorp suum medium mole ventimolendum foris Vrankendor, quod emit a domino Wiz[javo], principi Ruyanorum, quod vendere et statuere poterunt, cui velint.

15. Domina Eyleke, relecta Gerhardi Hybonis, emit terciam bodam a boda cornuali^{a)} domine Kristine filie domini Hyben cum consensu amicorum et provisorum ipsius domine pro 100 m. ad 4 annos; quibus completis ipsa domina potest reemere eandem bodam pro 100 m. Si autem medio tempore, quod absit, eadem boda incenderetur, hoc esset sub periculo et dampno eiusdem domine Eyleken. Inicium huius erit phasea proxima. Si eciam sub predicto tempore eadem domina non reemerit ipsam bodam, tunc hec emptio perpetua manebit.

*16. Domina Sophya, relecta domini Ghodekini Ybonis, cum consensu amicorum et provisorum statuit eius hereditatem sitam in Bodenstrate domino Goswino patre eius^{b)} pro 200 m. d., de quibus singulis annis eidem domino Gos[wino] 20 m. red. donabuntur.

*17. Dominus Gerwinus de Zemelowe habet in medietate lapidee domus retro in curia domine Kristine Zachtelevent red. 16 m. pro 200 m. d. wiebeldesghelt ad 3 annos de *f. b.* Michaelis nunc futuro; quibus revolutis et dictis redditibus susceptis sibi debent restitu 200 m. Inicium huius est^{c)} in *f. b.* Michaelis.

*18. Theodericus Wokerere tali modo conplanavit se cum suis pueris, quibus dedit medianam hereditatem in Longa platea et quamdiu idem T[heodericus] manebit in dicta hereditate, ipse edificando reparabit, quidquid edificandum in eadem hereditate excepta lapidea edificione et insendio.

19. Hinricus de Rene cum consensu filiorum sive puerorum Hinrici^{d)} de Rene^{e)} et consensu provisorum dictorum puerorum statuit Mechtilde, filie Kreyenbis, curiam cum duobus mansis in Ludereshagen pro 10 m. et 200 m. d. f. Martini solvendorum; quam curiam cum mansis vendere et exponere non^{f)} poterit dictus Hinricus aut provisores, nisi dicti denarii fuerint persoluti.

^{a)} corn. über dem durchstrichenen angulari. ^{b)} p. e. übergeschrieben. ^{c)} Vorher unterpunktiert: erit. ^{d)} H. über dem radierten Eghardi. ^{e)} folgt durchgestrichen: bone memorie. ^{f)} non übergeschrieben.

A. D. 1310 IV feria post Valentini (*Febr. 18.*) incepta sunt hec. [*f. 3^a*

*20. Theodericus Wokerere conplanavit se cum suis pueris taliter, quibus dedit medianam hereditatem sitam in Longa platea et quidquid edificandum est in dicta hereditate, hoc idem T[heodericus] edificabit, quounque ad annos discretionis pervenerint pueri supradicti.

*21. Wernerus de Hele statuit suam medianam hereditatem lapidee domus in Bodenstrate Paulo filio Hinrici de Wesele pro 300 m. d., de quibus idem Wernerus singulis annis dabit 30 m. red. Paulo supradicto. Inicium huius est festum phache.

*22. Theodericus Rochut concessit domino Meynekino sacerdoti et Marquardo Barenwolt lapideam hereditatem in Oltbuterstrate, que fuit Bertoldi Bec, quam statuerunt 2 filiabus Alberti de Hamme pro 60 m. d. ad 1 annum. Inicium huius est Carnisprivium.

23^a) Johannes Posewale statuit suam hereditatem in Blidenstrate Johanni Plantebusch pro 20 m. et 100 ad manus Katerine sue filie.^{a)} Ad hoc idem Plantebusch dat eidem puero 100 m. d. de suis bonis promerioribus ex parte matris sibi tangentium; dicta autem hereditas ad duos est annos pro dicta pecunia obligata. Inicium huius est de f. Nativitatis s. Marie ad 1 annum.

24. Hereditas, que pertinebat Hermanno de Revalia in pl. Fabrorum, est nunc libera et propria Theoderici Longi et Bernardi Sachtelevent, cum qua facere poterunt et dimittere, quod decreverint, excepto quod ecclesiis non donabunt.

*25. Hinricus de Mukus statuit suam medianam hereditatem sitam in Vrankenstrate Hinrico Rufo pro 40 m. d. ad 2 annos de prehabito Carnisprivio.

26. Provisores Heynonis de Hamborch parte ex una et parentes domine Wendelen sue uxorius sub hac forma conplanaverunt se, quod Margareta filia eiusdem Heynonis, quam habuit apud eandem dominam Wen[delen], optinebit quartam partem bode proxime apud Zemelowerdor; puero autem predicto mortuo eadem pars bode ad matrem et eius parentes non revolvetur, sed ad heredes Heynonis supradicti; quamdui autem puer apud matrem manserit, quolibet anno ex dicta boda 2 m. d. eidem mulieri^{b)} donabuntur.

*27. Haversac quidam, famulus Novi Campi, habet 50 m. d. in stupa Kupekini de Rode ante Spetalesdor, que debent exsolvi in f. b. Jacobi profuturo.

*28. Bernardus Filtrator statuit suam hereditatem sitam prope domum preconis Ludekino filio Bernardi Pylleatoris pro 30 m. d., de quibus dabit 3 m. red. annuales. Inicium huius erit f. b. Michaelis, sed perceptio dictorum reddituum erit in f. Michaelis sub a. D. 1311.

29. Bernardus Filtrator conplanavit se cum domino Johanne de S. Spiritu de omni hereditate sibi cedente ex parte Ludekini fratris sui, ita videlicet, quod idem dominus Johannes numquam repetere debet hereditatem dicti Lu[dekini] fratris sui.

^{a)} bis sue filie durchstrichen. ^{b)} Hds.: milieri.

A. D. 1310 V feria ante Palmas (*April 9.*) hec sunt incepta. [f. 3^b

*30. Johannes, filius Pingwi Bernardi, sufficienti testimonio duorum proborum virorum videlicet Willekini Zurdech et Ludolfi Branteshagen, protestatus est se, habere 4 sol. minus quam 14 m. d. in hereditate Hermanni Perlement, quod testimonium factum est sabbato ante Judica me Deus (*April 4.*).

*31. Ludolfus Longus Kokus habet in media hereditate Johannis Musen in Longa platea 6 m. red. de pasca ad 2 annos, quos quolibet anno percipiet in f. b. Martini aut suus procurator Andreas Gladiator nomine dicti Ludolfi tollet redditus antedictos.

*32. Hinricus Westphal concessit domino Theoderico et Johanni necnon Hermanno, filiis Wieboldi, 40 m. d., pro quibus statuerunt eidem Westphalo suam hereditatem situatam in Vrankenstrate, quos de f. translationis s. Nico[la]i ad annum sequentem exsolvere debent dicto Hin[rico], alioquin ad sequentem annum red. 4 m. dabunt Hinrico supradicto. Inicium huius est vigilia translacionis s. Nicolay (*Mai 8.*).

33. Hinricus Branteshagen sustulit 30 m. d. unius pueri Hincekini, filii Johannis Branteshagen, quem puerum recepit cum denariis usque ad annos discretionis.

*34. Johannes de Ghnoyen habet in hereditate Johannis de Rethem inter Bodenstrate et pl. S. Spiritus apud Murum 30 m. red. singulis annis et in hereditate eiusdem Johannis de Rethem situata in Bodenstrate; habet eciam 10 m. red. quilibet anno pro sponsali pecunia dicto Jo[hanni] de Ghnoyen promissa ex parte filie Jo[hannis] de Rethem supradicti. Inicium perceptionis est Johannis Baptiste.

*35. Vrowinus serdo statuit suam medium hereditatem situatam in Vrankenstrate, in qua moratur, Egberto, filio Egberti de Helsingeborg, pro 60 m. d., de quibus annuatim dabit 6 m. red. Egberto supradicto. Inicium huius scripture IV feria ante rogationes (*Mai 20.*).

*36. Herman Stenhagen emit 3 m. red. ad 2 annos in hereditate Frederici Carnificis^{a)}, que situata est in pl. Penesticorum^{b)}.

Inicium huius perceptionis est Johannis Baptiste.

37. Bertoldus Liseganc habet unam hereditatem in Vrankenstrate, que est media Johannis et Conradi et Margarete^{c)} filiorum antedicti Bertoldi, que iure hereditario ex parte matris dictis pueris dinoscitur pertinere.

38. Lubbertus, frater Goscalei institoris, et Sophya uxor sua statuerunt dicto Goscaleo suum mascellum in bodis carnificum situatum pro 10 m. d.

39. Nicolaus de Gripeswolt emit 20 m. red. quilibet anno percipiendos Martini in curia dicta Vogelsang ad 5 annos, quos infra dictum tempus reemere poterunt heredes dicte curie pro eadem summa pro hiis exposita. Sed si curia per werras dominorum aut incendiariorum exureretur, tunc primo anno exustionis non dabuntur red. memorati. Si autem dictus Nico[laus] medio tempore moretur, quod absit, tunc dicti redditus ad Albertum et Zeghefridum filios filie sue revolventur. Hec omnia facta sunt cum consensu et voluntate Frederici

^{a)} über den durchstrichenen de Helsingeborg. ^{b)} vorher durchstr.: Frabrorum. ^{c)} et M. übergeschrieben.

dicti Voghelsanc et domine Elizabet, reliete Gerhardi, fratris sui, et heredum omnium predictorum. A. D. 1310 in die Prothasii (*Juni 19.*).

A. D. 1310 VI feria post Johannis Baptiste (*Juni 26.*) sunt hec incepta. [f 4 a]

*40. Hermannus Lindowe concessit Gerhardo Rubusch suam medium hereditatem prope Forum Carbonum, quam idem Gerhardus statuit Gerhardo filio fratris sui pro 30 m. minus quam 200 m. d.; de 100 m. tenebit dictum puerum, sed de aliis dabit singulis annis 5 m. red.

41. Dominus Johannes de Godebus in suo testamento dedit domui S. Spiritus nostre civitatis perpetuis temporibus unum last frumenti quolibet anno in villa dicta Arnesze, sicut ipse habuit; et si dominus Conradus filius suus et mater sua sibimet aut alicui de suis parentibus prebendam in dicta domo habere voluerint, illam pro predicta lasta frumenti optinebunt.

*42. Theodericus Wiberch obligavit seu statuit suam hereditatem fabricam, in qua moratur Thomas Meyenborch, ante valvam Spetaledor filiis Rodolfi de Wiberch, videlicet Johanni et Rodolfo, pro 45 m. d. lub., quas Hinricus Warscowa et Bruno de Puteo burgenses de Lubek exsolverunt.

*43. Hinricus Spruteko statuit suam medium hereditatem in pl. Piscatorum duabus filiabus Theoderici de Perun pro 100 m. d., de quibus singulis annis dabit 10 m. red. Hii autem red. primo exsolvni debent in Circumcisione Domini (*Jan. 1.*).

*44. Hinricus de Minda obligavit Hermanno de Meppen et Theoderico de Meppen suam integrum hereditatem in Molenstrate pro 10 lagenis butiri usque ad f. s. Jacobi; cum qua hereditate vendenda suos denarios habere poterunt, si tunc ipsis dictas lagenas butiri non exsolvet.

*45. Relicta Riquini de Zemelowe emit in hereditate domine Elizabet de Bucken cum consensu et voluntate suorum puerorum et provisorum red. 30 m. pro 300 m., quos reemere poterit pro tanta pecunia, videlicet pro 300 m.; red. autem huius exponendi sunt in 4 anni temporibus. Sed si, quod absit, dicta hereditas incenderetur, tunc memorati red. non essent dandi, antequam reedificaretur. Si autem contingeret dictam dominam vel suos heredes vendere eandem hereditatem, tunc ipsa relicta Requini propior erit ad emendum pro tanta pecunia, pro quanta aliis esset vendenda.

46. Nicolaus Vemerling emit red. 3^{a)} m. pro 30^{b)} m. ad tempora vite sue in domo S. Spiritus nostre civitatis; ipso defuncto dicti red. in domo S. Spiritus permanebunt; quilibet f. Pentecostes percipiet red. memoratos.

47. Domina Lutgart et domina Wendele, due sorores, moniales in claustro Rune, habent cum consulibus 40 m. d., de quibus dabunt eisdem monialibus quilibet anno 4 m. ad sua necessaria; quas domina Lutgardis Stakelangesce dedit dominabus antedictis.

A. D. 1310 ad vineula s. Petri hec sunt incepta (*Aug. 1.*). [f 4 b]

*48. Inter Jordanum et dominam Mechtildim, suam uxorem, parte ex una et Hinricum filium Eselvot est taliter placitatum et terminatum, quod idem Jordanus et dicta domina statuerunt dicto pueru Hin[rico] suam lapideam here-

^{a)} 3 auf Rasur. ^{b)} XXX aus XX verb.

ditatem medium in acie platee pro 350 m. d. ad 2 annos, de quibus quol. anno 35 m. red. dicto puero minist[r]abunt. Item antedicti duo, Jordanus et domina Mechtildis, statuerunt Hinrico Bruchusen quartam partem eiusdem hereditatis pro 100 m. d. ad 2 annos, de quibus annuatim dabunt 10 m.^{a)} Inicium perceptionis 35 m. redditum erit quolibet anno f. Purificacionis s. Marie. Sed inicium perceptionis 10 m. Hin[rici] Bruchusen erit in f. b. Johannis Baptiste.^{a)} Evolutis 2 annis dicti red. 35 m. et dicti red. 10 m.^{a)} debent redimi pecunia pro eadem. Item dictus Jordanus et domina Mechtildis statuerunt eidem puero Hinrico in bonis emptis a domino Arnoldo de Vicen prope Montem in Ruya, videlicet de 60 m. redditum 24 sol. minus 25 m. marcarum red., qui eundem Jordanum et dominam Mechtildim tangunt, quousque reddimere poterunt pro 250 m. d. Puer autem predictus hereditatem lapideam prope aciem sive ortonem optinebit. Sed Jordanus et Mechtildis hereditatem stantem in acie sive ortone possidebunt. Cum hiis sunt tam in hereditatibus quam debitibus omnimode coram consulibus separati et uniti; quod factum est in vigilia Vincula s. Petri sub a. D. 1310 (*Juli 31.*).

*49. Domus S. Spiritus sive provisores eiusdem habent 20 m. d. pertinen-
cium Waltero Diviti, filio Brandonis, de quibus eidem Waltero 2 m. annuatim
erogabunt. Inicium perceptionis est Nativitas s. Marie (*Sept. 8.*).

*50.^{b)} Jacobus dictus de S. Spiritu statuit Hinrico de Alen suam hereditatem
situatam in Leonis Hagen pro 24 m. d., de quibus singulis annis 2 m. Hinrico
erogabit de muro inter ipsos constructo. Inicium perceptionis est in f. pentecostes.

*51. Elizabet, filia Ghodekini Reper, habet duodecimam partem hereditatis
Wolteri Repers, que situata est in Bodenstrate prope Hermannum Ronen. Eadam
eciam filia Ghodekini Repe[r]s habet in duodecima parte matris eiusdem here-
ditatis 25 m. d., que redimi poterunt, cum videbitur expedire.

*52. Nicolaus, filius Herderi, statuit suum cellarium in acie Hokenstrate
Margarete, relicte Jacobi fratri eiusdem Nicolai, pro 25 m. d. de f. b. Michaelis
ad annum subsequentem.

*53. Johannes Huseborch statuit Theoderico de Bruneswic, burgensi de Kol-
berg, quartam partem sue hereditatis situatam apud Anticum Forum pro 16 m.
et 150 m. pro pingnore.

o 54. Hinricus Bruchusen concessit consulibus 100 m. d.

A. D. 1310 in die Lamberti (*Sept. 17.*) incepta sunt hec. [f. 5 a]

*55. Hermannus Ruffus statuit Reynero Man dicto suam medium hereditatem
in pl. Piscatorum prope Hoghemannum pro 60 m. d. usque ad f. phasae.

*56. Ludolfus Longus de Holbeke rite et rationabiliter emit in 2 bodis
Gerhardi Brandenborch ex opposito Conradi Travenemunde 8 m. red. pro 4 m.
minus quam 100 de f. Michaelis ad 3 annos; quos si medio tempore non redi-
merit, pro dicta pecunia tunc rationabilis empicio dicti Ludolfi permanebit et
in quolibet f. pentecostes exponentur memorati red. et presentari debent Johanni
de Ortone Papenhagen et Bernardo Welingo.

^{a)} Item bis 10 m. besonders durchstr., desgl. von Sed inicium bis Baptiste u. et dicti
red. 10 m. ^{b)} Rand: Hinricus de Alen.

*57. Bertoldus Liseganc obligavit quartam partem sue hereditatis in Vrankenstrate Frederico de Hadelen pro 50 m. d. ad 2 annos, de quibus dabit 5 m. red. annuatim.

*58. Dominus Hinricus de Damenis cum consensu suorum fratrum statuit Frederico de Perun, Alberto de Lubec, Willekino de Demin et Johanni Scotten suam hereditatem in pl. Piscatorum situatam pro 1000 m. d.

*59. Wernerus de Hele statuit suam hereditatem medium^{a)} in Bodenstrate Paulo de Wesele pro 500 m. d., de quibus annis singulis 50 m. red. eidem Paulo ministrabit.

*60. Hinricus de Rode, filius Hinrici de Rode, concessit sorori sue, domine Gyslen suas duas hereditates, in quibus Kat pistor et Theyba tabernatoris morantur, quas idem Hin[ricus] ex parte sue sororis statuit Everhardo de Molendino ad manus suorum puerorum pro 20 m. et 200 m. d. usque ad f. b. Michaelis; quas si non redimerit in dicto tempore, tunc pingnus manebit prosecutum, ita quod absque contradictione suorum heredum vendere poterit, cuicumque voluerit, dictas hereditates stantes inter hereditatem dicti Hinrici et hereditatem Gerhardi Ossenrey; ad hoc addit et dat eisdem suis pueris 300 m. d. tam in suis hereditatibus quam rebus promptis. Sed quam diu vixerit idem Everhardus et bene consulerit suis pueris, tunc dictam pecuniam possidebit.

61. Wernerus de Hele statuit suam medium hereditatem lapideam in Bodenstrate Paulo de Wesele pro 500 m. d., de quibus annis singulis 50 m. red. eidem Paulo ministrabit.

*62. Marquardus Stoltenhagen statuit hereditatem suam stantem apud orthonem in Vrankenstrate filio fratris sui Johanni videlicet Luseo pro 60 m. d.

*63. Dominus Theodericus Stenhus concessit Hermanno Westphal unam hereditatem in Vrankenstrate ex opposito eiusdem Thiderici, quam statuit Johanni filio Johannis Lapicide pro 10 m. d. f. de Martini ad unum annum profuturum, quas^{b)} habebit quedam domina nomine Ghese in Westphalia.

*64. Nicolaus dictus Visch statuit 3 partes sue hereditatis Reymaro dicto Heket pro 200 m. d. de f. b. Nicolai ultra unum annum solvendorum.

A. D. 1310 IV feria ante Nicolai (*Dez. 2.*) hec sunt incepta. [f. 5^b

*65. Borhardus Osenbrugge debet desponsare filiam fratris sui Johannis Osenbrugge Hartwico dicto Travenemunde, filio Hermanni Travenemunde, cum 300 m. d. et 2 bodis stantibus in institis Zemelovenstrate, cui nunc in parato idem Borhardus dabit 100 m. d. memorato Hartwico, quas sine redditibus, quo-usque dicta filia sibi desponsata fuerit, optinebit. Similiter memoratus Borchardus de 100 m. d. dictorum, quas optinet, non dabit redditus sicut Hartwicus antedictus, de residuis 100 m. narratus Borchardus eandem filiam usque ad desponsacionem in suis expencis conservabit. Pro dictis 100 m., quas Hartwicus habet, promiserunt dominus Bertrammus Travenemunde et dominus Slaweko et Conradus Travenemunde, qui restituent eosdem denarios Borchardo, si aliquis istorum duorum desponsancium, quod Deus avertat, ante desponsacionem moriatur.

^{a)} med. übergeschrieben. ^{b)} quas etc. Nachtrag.

*66. Ziboldus Friso bone memorie habuit 25 m. et 100 m. ex parte Hesseli de hereditate patris sui Jacobi felicis memorie, quos videlicet denarios exsolvit Johannes Krans provisoribus eiusdem Hesseli, Johanni videlicet de Bart et Johanni Lusco. Et pro eisdem den. posuit Johannes de Bart suam medium hereditatem ad manus Hesseli memorati.

*67. Johannes filius Nachtegalen habet cum consulibus 90 m. d., de quibus eidem 9 m. dabunt annuatim.

*68. Bernardus Anevelt statuit bodam filiorum Reynekenhagen stantem apud S. Jacobum uni Zifrido de Kakernele pro 30 m. d. ad 2 annos, de quibus 3 m. dabit annuatim.

*69. Hinricus Zemelowe, frater domini Gerwini, emit 40 m. red. annuos trium annorum in hereditate antiqua Johannis filii Conradi stante prope dominam Zachtelevendescen pro 500 m. d.; sed si dictus Johannes, filius domini Conradi, narratam hereditatem vendere voluerit, quidquid alter sive alius sibi emptionis causa exhibuerit, pro tanto memoratus Hinrieus, si voluerit, optinebit; sed quando dictus Johannes summam 500 m. in 3 annis dicto Hinrico exsolverit, tunc dicta hereditas soluta permanebit.

*70. Dominus Ludolfus, filius Ghysonis, Lambertus Burbode, Theodericus Borsin, Theodericus Wollenpunt coniuncta manu fide[iusse]runt pro 100 m. d. pertinencium Johanni, filio Hinrei Stubbendor[p] bone memorie, fratris Thesonis, qui Theso habet easdem 100 m., quas optinebit ad 6 annos, de quibus annuatim dabit 10 m. red. et idem Theso servabit dictum puerum in expencis de 5 m. dictarum 10 m. et alie 5 m. residue provisoribus dicti pueri debent presen-tari quolibet anno.

*71. Hinricus Longus noster famulus et Germodis uxor sua optinebunt bodam situatam foris Bodendor ad aquilonem, quamdiu vixerint; quibus potestatem vendendi dedimus, si voluerint; sed si civitas de loco illius bode indigerit, ad edificium sive commodum eius optinebit.

A. D. 1311 sabbato ante Conversionem s. Pauli (*Jan. 23.*) hec sunt incepta. [f. 6. a]

*72. Nicolaus Piscator racionabiliter emit a nobis bodam annexam muro prope Spetalesdor, de qua dederat annuatim 1 m., emit eciam superedificationem muri secundum esternam dimensionem eiusdem bode, quam potest hereditare suis veris heredibus libere vel quiete, cum qua eciam facere et dimittere poterit, quod sibi videbitur expedire.

73. Dominus Conradus, filius Rederi, racionabiliter emit a nobis totum spacium retro suam curiam apud Fratres Predicatores de spacio dictorum fratrum usque ad orrium Conradi de Rode cum muri superedificatione, super quod edi-ficare poterit, quod sibi videbitur expediens secundum alios nostros comburgenses. Similiter racionabiliter emit totum spacium cum superedificatione muri retro suam curiam prope dictam curiam, qnod se extendit de orrio dicti Conradi ab alia parte usque ad finem turris proximi vel secundum quod turris in longitudinem se extendit; et quandocunque dictus dominus Con[radus] dictam turrim ad suum commodum emerit, tunc 1 m. annuatim consulibus erogabit.

*74. Johannes de Riga concessit Theoderico Rochut suam medium hereditatem sitam in pl. S. Spiritus in acie parve platee, quam statuit Frederico de Bremis pro 60 m. d. usque ad f. b. Martini. Scriptum in die b. Agate virginis (*Febr. 5.*).

*75. Johannes Albus quondam serdo^{a)} statuit suam medium hereditatem sitam apud cymitorium s. Petri prope scolis antiquis uni puellule dicte Elizabet, filie Witteken bone memorie, pro 40 m. d., de quibus 4 m. annuatim erogabit. Exsolucio horum red. erit in quolibet f. phasce.

76. Dominus Johannes, plebanus de Nipris, omnimode conplanavit se cum sorore sua Heylewich et eius pueris, quibus dedit 20 m. d.; cum hiis abinvicem separati sunt totaliter, ita quod de hereditate domini Reymari Wattenscede numquam de cetero repetitionem facere debeant sive mentionem.

*77. Dominus Johannes de Meppen emit hortum puerorum Weringgi^{b)} et matris dictorum puerorum cum voluntate provisorum, qui exstitit foris Wrakendor apud Olricum Koten et est libera domini Johannis memorati.

*78. Johannes de Plaw, burgensis de Grimmis, et Johannes de Unghnade concesserunt unanimiter Thome dicto Dordenbusch suam hereditatem lapideam ante Vrankendor, quam idem Thomas statuit Hinrico Lindowen et Johanni de Righa ita diu, quoisque dictus Thomas liberam fecerit hereditatem emptam ab eodem. Item Johannes de Plawe, Gerhardus Cedewer, Theodericus Baggendorp, Thomas Dordenbusch et Heydeko Zemelowe promiserunt liberam facere medium hereditatem dicte hereditatis Johannis de Unghnade infra hinc et f. b. Martini confessoris.

A. D. 1311 in die Gertrudis (*März 17.*) hec sunt incepta. [f. 6^b

79. Fredericus de Perun bona voluntate dedit Johanni et Vikoni filiis filie sue integrum suam hereditatem sitam apud Nicolaum Longum in pl. Monachorum cum 100 m. d. de promerioribus suis bonis; sed de media hereditate eiusdem perfri debet, quam diu vixerit Fredericus memoratus sua cum uxore.

*80. Johannes dictus Kalant statuit Gerhardo Rusen suam mascellam in Novo Foro stantem in acie pro 10 m. d.; anno uno evoluto dictus Ger[hardus] dimittet memorato Johanni 2. m. pro hora. Scriptum sabbato ante Letare (*März 20.*).

*81. Dominus Gerwinus de Zemelowe habet 7 tremodia frumentorum in curia sive mansis Wolfardi in Ludereshaghen ad 4 annos, cuius media pars est durum frumentum et alia media pars avene. Scriptum in die Gertrudis (*März 17.*) in anno suprascripto.

*82. Everhardus de Monster statuit suam medium hereditatem situatam in Verstraten Everhardo de Molendino pro 100 m. d. usque ad f. b. Michaelis [pro] pingnore prosecuto.

*83. Johannes de Lubec statuit hiis debitoribus suam hereditatem sitam ante Spetalesdor: primo Andrea Gladiatori pro 3 sol. minus quam 4 m. et 100, Gerhardo Stubbendorp pro 8 sol. minus quam 70 m. d., Hinrico Westphal pro

^{a)} folgt durchstr.: Albedinis. ^{b)} Hds.: Weriggi.

18 m. d., domino Bertoldo Albo pro $3\frac{1}{2}$ m. d., Nicolao Beggerowen pro 2 m. minus quam 40 m. et istud ultimum^{a)} scriptum est VI feria ante Thome (*Dezember 17.*).

*84. Herman de Dulmen statuit Wedekino Pistori medium suam hereditatem sitam in Blidenstrate pro 10 m. d., de quibus 1 m. dabit annuatim.

85. Johannes Sluter et Albertus Longus fidei*susse]runt* pro Hermano de Waghe pro 35 m. d.. Terminus Nativitatis Domini (*Dez. 25.*).

86. Hinricus filius Everhardi statuit suam bodam stantem apud Novum Forum prope Buchagen Hinrico Vorlant pro 20 m. d. usque ad f. b. Martini profuturi.

*87. Wolfiam dedit filio suo Nico[la]o hereditatem, que fuerat Johannis Parvi Petri et hereditatem stantem in ortone Papenstrate cum 4 bodis contiguis, quas nullatenus vendat aut exponat sine consensu patris. Dedit eciam filie sue Hannen 200 m. d. ad elemosinas comparandas; cum hiis omnibus sunt omnimode separati et divisi a matris hereditate.

A. D. 1311 in die s. Georpii (*April 23.*) hec sunt incepta. [f. 7^a

*88. ^{b)} Wolfiam dedit Nicolao filio suo hereditatem, que fuerat Johannis Parvi Petri apud Ossenrey. Item dedit eidem hereditatem stantem in ortone Papenstraten cum 4 bodis contiguis tali quidem condicione, quod dictas hereditates non exponat aut vendat, nisi ante habuerit heredem legittimum et verum; cum hiis dictus Wolfiam et Nicolaus filius suus sunt omnimode de hereditate matris eiusdem Nicolai conplanati.

*89. Conradus de Gherbodenhagen statuit Timmoni, privigno Nicolai Stormertorp, suam magnam hereditatem in Tribbesesstraten pro 30 m. d. ad 2 annos, de quibus red. 3 m. dabit annuatim.

90. Mathyas et Martinus, filii Alardi Pultificis, habent in hereditate dicti Alardi patris sui in Blidenstrate 40 m. d. de futuro f. b. Michaelis ad 3 annos profuturos.

91. Hinricus Kruso statuit Johanni, filio Bohemi, suam integrum hereditatem stantem in Zemelowenstrate in ortone pro 20 m. minus quam 200 m.

92. Theso anticus theloniator emit a Jordano Papen in villa sua Uselitz situata in Ruya unum last frumentorum pro 50 m. d. perpetuo possidendum; sed gratiam reemendi in 3 annis pro dicto precio sibi dedit specialem. Dictum insuper frumentum quidam dictus Hamme in eadem villa exponet singulis annis, cuius media pars est siligo, reliqua ordium.

93. Hinricus Vos statuit suam medium hereditatem in Vrankenstrate stantem Walburge filie sue pro 50 m. et 100. Sed si defectus fuerit in dicta media hereditate, illum supplebit Hinricus memoratus.

94. Domina Alheydis, relecta Boldewini, habet annuatim 3 m., quam diu ipsa vixerit, in boda prope Vrankendor Johannis Huseborch; sed dicta domina defuncta dicte 3 m. ad pueros filie sue Margarete bone memorie revolventur.

^{a)} *Hds.*: iltimum. ^{b)} *dick durchstrichen, offenbar um die No. unleserlich zu machen.*

*95. Johannes de Meppen in Vrankenstrate statuit 2 partes sue hereditatis Hermanno filio fratris sui Hermanni pro 50 m. et 100; pro quorum defectu ad dictas partes hereditatis compromisit Johannes memoratus.

o 96. Goswinus de opido dicto Loa concessit filiis Olderi 100 m. d., pro quibus statuerunt suam hereditatem Goswino memorato: Terminus pentecostes.

97. Cristianus Wôgho taliter ordinavit cum Johanne Parvo, quod de hereditate dicti Kristiani perpetualiter transbit quedam educcio aquarum, que dicitur aketucht, per hereditatem eiusdem Johannis, quam inquam aketucht antedicti duo simul, si necesse fuerit, reparabunt.

A. D. 1311 VI feria proxima ante Assencionem Domini (*Mai 14.*) hec sunt incepta.

[f. 7 b]

*98. Sciendum, quod domini Theodericus de Dorpen, Conradus Rederi, Gerwinus de Zemelowe, Johannes de Meppen, Hinricus de Rohde, Johannes de Rethem, Slaweko de Scapruden, burgenses Stralessunt, Hinricus de Gorslawe, Lambertus de Leceniz, Hinricus de Gorslawe iunior, Johannes de Lubec . . .^{a)} Bertrammus de Wampen, burgenses de Gripheswalt et eorum veri heredes tenentur communi manu Hinrico Wroch, Hinrico de Bocholte, Michaheli de Lunden, Hemanlico Papen, Rodolfo de Vistraten, Johanni Stephani, Arnoldo Stephani et Cristiano Hudekoper eorumque veris heredibus 2 milia marcarum puri argenti rostocensi signo signatarum et 900 m. slavicorum den. de proximo f. b. Martini ad 3 annos solvendorum.

99. Johannes Westphal talem fecit divisionem cum filia sua Evecen ex parte hereditatis sue matris, cui cedit^{b)} media hereditas eiusdem Johannis, quam inhabitat; ad hoc optinebit dicta filia sua 100 m. d., quas dictus Johannes mutuo recepit, pro quibus statuit alteram suam medium hereditatis partem. Cum hoc dicta filia optinebit medium curiam cum uno^{c)} manso in villa Gheyser.

100. Johannes Podin statuit suam medium hereditatem Gerhardo Langendorp pro 100 m. d., de quibus dabit 10 m. red. annuatim ad 3 annos. Inicium huius est Johannis Baptiste.

101. Martinus Kalsowe, Theodoricus et Hinricus fratres sui unanimiter conplanaverunt se cum matre eius, que ad tempora vite sue optinebit medium hereditatem stantem apud^{d)} murum in arta platea prope Vrankenstrate cum media stupa ibidem situata: que inquam hereditas et stupa dicta si destrueretur aut cremaretur, extunc quilibet predictorum 3 fratrū 7 m. red. annuatim^{e)}, quo usque hereditas reedificata fuerit cum stupa memorata. Defectum autem huius, si aliquis nostrum moritur, nostri successores heredum adinplebunt et super pueros dictorum trium hereditabit, si aliquis ipsorum moriatur.

102. Everhardus Mular statuit suam medium hereditatem stantem in Molenstraten Jacobo, filio Jonas Denen, pro 50 m. d. de proximo f. b. Michaelis ad annum futurum pro pingnore prosecuto, de quibus 5 m. in anno memorato.

^{a)} Raum für einen Namen (4 cm) freigelassen. ^{b)} vorher unterpunktiert: ded. ^{c)} vor uno unterpunktiert: mans. ^{d)} vorher unterpunktiert: inter. ^{e)} zu ergänzen: matri dabit?

* 103.^{a)} Muce et uxor sua, relicta Arnoldi Duker, statuerunt manu parili suam hereditatem in Longa Platea stantem Ludolfo Langekoc pro 100 m. d. de proximo f. phace ad 2 annos.

A. D. 1311 in Decollatione s. Johannis (*Aug. 29.*) incepta sunt hec. [*f 8a*

104. Egbertus, filius Luberti Penestici, statuit quartam partem sue bode apud cymitorium s. Nicolay Alberto Papenhagen pro 15 m. d. usque ad f. b. Martini nunc venturum.

105. Johannes Plantebusch statuit suam integrum hereditatem stantem in Morderstraten et ad hoe mediam hereditatem Hermanni de Brakel in Longa Platea Katerine filie sue pro 20 m. et 100 de proximo festo phasce ad unum annum supsequentem. Inicium huius est dies b. Nicomedis (*Sept. 15.*).

◦ 106. Vrownus statuit Egberto filio Egberti suam mediam hereditatem stantem in Vrankenstrate pro 60 m.

107. Johann Gristowe statuit mediam suam hereditatem lapideam in Longa Platea pueris Bertoldi de Indagine pro 50 m. ad 2 annos, de quibus dabit 5 m. red. annuatim. Scriptum circa Martini.

* 108. Herman Weghener statuit eisdem pueris supradictis suam mediam hereditatem, quam inhabitat, pro 50 m. d. ad 2 annos, de quibus dabit 5 m. annuatim. Scriptum et inicium huius est Martini.

* 109. Conradus de Gerbodenhagen statuit Hermanno de Meppen suam magnam hereditatem in Tribbesezstraten^{b)} pro 30 m. d. de proximo f. phasce ad unum annum, de quibus red. 3 m. dabit annuatim. Scriptum sabbato post Martini (*Nov. 13.*).

110. Sciendum, quod tale privilegium domine Beaten de Osten super 100 m. redditus: Universis etc. Expedit, ut contractus hominum temporales testimonio literarum confirmentur, ne oblivio posteros cum presentibus provocet in errorem. Ea propter constare volumus tam presentibus quam futuris, quod cum provida deliberacione nostrorum civium discretorum consulm rite et rationabiliter vendidimus honeste matrone, domine Beaten de Osten, annuos redditus 100 m. pro 1000 m. d. a[d] tempora vite sue nostro ex novo theatro tollendos quolibet anno in 4 anni terminis imperplexi, in f. videlicet Nativitatis Domini 25 m., in f. phasce 25 m., in f. Johannis Baptiste et totidem in f. b. Michaelis. Sed si per incendium dicta domus novi theatri destrueretur, quod absit, tunc dicta domina carebit de suis redditibus ita diu, quousque reedificatum fuerit theatrum prenarratum. Ipsa autem defuncta contradictione retroposita qualibet dictos red. reemere possumus pro memorata pecunia 1000 marcarum, que inquam pecunia revolvetur ad proximiiores heredes sepe dicte domine carnis debitum exsolvente. Exceptis 100 m. d., quas ipsa domina pro remedio anime sue dare poterit, si voluerit in eius ultimo testamento. In cuius rei firmitatem sigillum nostre civitatis presentibus est appensum. Hii consules tunc temporis consilio residebant, qui continentur in privilegio, quos omnes novos et antiquos consules elegit in provisores domina memorata. Datum a. D. 1311 in die Luce Ewangeliste (*Oct. 18.*).

^{a)} Rand: Muce. ^{b)} vorher unterpunktirt: Blidenstrate.

111. Media hereditas Hinrici Ludershagen situata ex opposito Mascellarum est propria Hebelen, filie sue, que ex parte Gesen sororis eius dicitur pertinere mulieri Hebelen memorata.

A. D. 1311 incepta sunt hec in die Clementis (*Nov. 23.*) [f 8^b

*112. Johan de Ghnoyen statuit suam medium hereditatem in Zemelowerstrate, quam inhabitat, pueris Bernardi Zachtelevent pro 200 m. d. de proximo f. phace ad 2 annos subsequentes, de quibus quol. anno erogabit 20 m. red., quos in 4 anni terminis cuiuslibet anni persolvet dictus Johannes de Ghnoyen pueris memoratis.

*113. Remarus Albus statuit suam medium hereditatem stantem in Vrankenstrate pueris Bernardi Zachtelevent pro 100 m. d. de proximo f. Nativitatis Domini ad 2 annos, de quibus dabit annuatim 10 m. red. in 2 anni terminis, videlicet in f. Johannis 5 m. et totidem in Nativitate Domini; duobus annis transactis dicta media pars hereditatis redimi debet inperplexe pro pecunia memorata.

114. Jonas Dene dedit Thyderico Albo, suo svagero, medium hereditatem suam in Longa^{a)} platea in despousacionem filie sue, quam eidem Thyderico despousavit.

115. Domina Christina, relictta Gladiatoris, convenit hereditatem Hermanni Brinkemanni de proximo f. phace ad 3 annos subsequentes, de quibus 3 annis exsolvit in parato huram suam domina memorata. Scriptum a. D. 1311 sequenti die Thome apostoli (*Dez. 22.*)

*116. Johannes, filius Wicboldi de Dorpen, statuit Johanni, Thyderico et Margarete, pueris Alberti de Janekendorp, quartale unius mansi in campo civitatis, quod est Voghede(h)agen, pro 21^{1/2} m.

o117. Godeko de Brakel statuit domino Gerwino de Zemelowe suam integrum hereditatem stantem in Zemelowerstrate pro 200 m. d., de quibus idem Godeko dabit dicto domino Gerwino 20 m. red. annuatim, quos redimere poterit, quando sibi placuerit. Inicium huius est Purificacio s. Marie.

*118. Dominus Gerwinus de Zemelowe emit in hereditate Hermanni Nipris in Longa platea 10 m. red. wicboldesgelt annuatim ad 6 annos pro 100 m.; quibus evolutis, si dictus Hermannus non reemerit pro memorata pecunia, extune dictus Gerwinus vendet eandem hereditatem, ut suas 100 m. obtineat memoratas. Inicium huius est Purificacio s. Marie sub a. D. 1312.

119. Jacobus Sutor statuit medium suam hereditatem stantem in Blidenstrate Johanni de Sulta, filio Hermanni de Sulta, pro 24 m. d.

*120. Bernardus de Kemeniz statuit Thesoni antiquo theloneario suam medium hereditatem stantem apud Fratres Maiores pro 50 m. d. de f. Purificacionis s. Marie ad unum annum subsequentem.

o121. Bernardus de Kemeniz statuit Peregrino et Hinrico, filiis Peregrini, suam hereditatem sitam apud Fratres Maiores pro 50 m. d. usque ad f. b. Michaelis nunc venturum.

^{a)} vorher unterpunktirt: Vrankenstrate.

A. D. 1312 in die Juliane virginis (*Febr. 16.*) incepta sunt hec. [f. 9^a

*122. Hinricus Westphal statuit terciam partem sue hereditatis stantis in Longa platea Johanni Wildoni pro 50 m. d. ad 2 annos.

*123. Nicolaus Visch statuit suam medium hereditatem pueris Johannis Lutzowen, videlicet Paulo et Gheseken, pro 100 m. de f. b. Martini nunc venturi ad 2 annos, de quibus 10 m. red. dabit annuatim. Scriptum sabbato post Mathye apostoli (*Febr. 25.*).

*124. Ricceko institor statuit illud, quod habet vel habuit in boda sua stante in institis, Hermanno de Loninggen pro 50 m. d. ad 3 annos, de quibus singulis annis 5 m. red. erogabit; et si contingat eundem Riccekinum aut suos [heredes] vendere dictam bodam, tunc dictus Hermannus propior erit ad emendum. Scriptum sabbato ante Judica sive in vigilia Gregorii (*März 11.*).

*125. Domina Alheydis, relictia Thonaghel, statuit Herdero Magno suam medium hereditatem in Papenstrate, que cessit sibi ex parte Nicolay Thonaghel, pro 75 m. d. ad 2 annos, de quibus red. 7 $\frac{1}{2}$ m. annuatim ministrabit. Inicium huius est f. phasce.

126. Herman de Putne et Thydericus Vriensten simul statuerunt Heydekin Zemelown integrum suam hereditatem stantem in Landesherrenstrate pro 60 m. d. ad 3 annos, de quibus 6 m. red. dabunt annuatim. Inicium huius est Ephyphania Domini.

127. Meynardus Bremer statuit Hermanno Doringgo terciam^{a)} partem sue hereditatis apud Doten stantem pro 20 m. d. et 8 sol. ex parte muri edificati inter ipsos, ut solitum est dare 1 m. de 12.

*128. Beneko Zachtelevent cum consensu matris et fratrū suorum statuit pueris Bernardi Zachtelevent suam medium hereditatem stantem prope stupam pro 250^{b)} m. d. de prehabito f. phasce ad 2 annos subsequentes, de quibus quolibet anno erogabit 25 m. red., quos in 4 anni terminis cuiuslibet anni exsolvet Benekinus memoratus. Scriptum IV feria post Misericordia Domini plena est terra (*Apr. 12.*).

*129. Godeke Thechelin cum consensu fratris sui statuit suam medium hereditatem, quam Egbertus Biscop inhabitat, in Zemelownstrate pueris Bernardi Zachtelevent pro 200 m. d. de prehabito f. phasce ad 2 annos subsequentes, de quibus quolibet anno erogabit 20 m. red., quos in quatuor anni terminis cuiuslibet anni ministrabit. Scriptum IV feria post Misericordia Domini plena est terra.

*130. Godeko Gustrov concessit Godekino de Gustrov Pingwi unam bodam stantem in Verstrate, quam Herderus inhabitat, quam idem Godeko Pingwis statuit pueris Bernardi Zachtelevent pro 60 m. d. de prehabito festo pasce ad 2 annos, de quibus quolibet anno dabit 6 m. red., quos in 4 anni terminis ministrabit. Scriptum IV feria post Misericordia Domini plena est terra.

A. D. 1312 in vigilia pentecosten (*Mai 13.*) hec sunt incepta. [f. 9^b

*131. Richardus Travenemunde statuit Lefardo Zimmerstorp suam bodam ante valvam S. Spiritus pro 60 m. d. usque ad f. b. Martini.

^{a)} terciam über dem durchstrichenen quartam. ^{b)} Das erste C. radiert.

*132. Fredericus de Perun, Albertus de Lubec, Johannes Scotto iuncta manu statuerunt domino Gerwino de Zemelowe et Hinrico Bruchusen integrum hereditatem domini Hinrici de Dameniz et suorum fratrum eisdem statutam, sicut predictis tribus statuta dinoscitur, pro 10 m. minus quam 1000 m. d.; ad hoc Johannes Scotto statuit suam medium hereditatem, Hinricus Murdorp suam medium hereditatem, Albertus de Lubec suas 3 bolas stantes in arta platea Monachorum apud domum suam lapideam; statuerunt in solidum antedictis duobus ad antedictam statutam hereditatem pro pecunia memorata. Super hoc defectum huius, si quis fuerit, adinplebunt.

*133. Fredericus de Perun statuit Gerhardo Leoni medium suam hereditatem lapideam apud Fratres Maiores stantem pro 200 m. d.; si est defectus in illa media hereditate, illum supplebit Fredericus memoratus.

134. Gerwinus de Zemelowe rite et rationabiliter emit 7 m. red. pro 70 m. d. a pueris Sanderi de Wayge et eorum provisoribus, videlicet Borchardo et Johanne dictis de Zancebur, de proxima phasca ad 2 annos, qui red. existunt in Voghedorf et debent redimi in dicto tempore; alioquin emptio perpetua permanebit. Scriptum sub anno suprascripto sabbato post Urbani (27. Mai).

*135. Goscaleus institor statuit Johanni Wolf institori suam bodam stantem in institis pro 60 m. d.

136.^{a)} Borchardus Osenbrugge redemit 1 talentum red. a consulibus pro 12 $\frac{1}{2}$ m. d., quod reddimere^{b)} pro 12 $\frac{1}{2}$ m. possunt consules, cum eisdem videbitur oportunum.

137.^{a)} Similiter Wedekinus redemit 24 sol. red. pro 15 m. d. sub condicione memorata.

138. Hinricus de Gustrowe statuit Wolflammo suam integrum hereditatem situatam in Ravensberchstrate pro 100 m. d. ad 2 annos, de quibus dabit eidem Wolf[lammo] 10 m. red. annuatim. Inicium huius est festum b. Jacobi sub anno suprascripto.

*139. Albertus de Lubec statuit suam domum lapideam stantem in Monekestraten. Item Nicolaus, filius Gerhardi, statuit terciam partem sue lapidee hereditatis in Bodenstrate in solidum sive manu iuncta Theoderico Lusco pro 10 m. et 500 usque ad instans f. b. Michaelis. Si aliquis defectus fuerit in hereditatis predictis, eundem predicti duo Albertus et Nico[laus] integraliter adinplebunt. Et finito termino prefixo, si non reddimerit, extunc idem T[heodericus] faciet, quidquid decreverit, cum hereditatibus memoratis.

A. D. 1312 in vigilia Johannis Baptiste hec sunt incepta (Juni 23). [f. 10 a]

*140. Cristina Hybonis statuit suam secundam bodam de domo Holsati versus Forum Carbonum Borchardo Westphal pannicede pro 100 m. d. ad 8 annos de phasca prehabita immediate sequentes; que si conburitur, quod absit, illam tam bonam, sicut nunc est, reedificabit Borchardus memoratus. Si autem idem Borch[ardus] cum consensu dicte Cristine aut suorum provisorum aliquid de lapidibus aut lingnis edificaverit in dicta boda, illud, sicut equum fuerit, restauretur.

^{a)} Rand ↑ ^{b)} Hds.: reddimere pro 12 $\frac{1}{2}$ m. reemere.

Eciā evolutis 8 annis, si contingat vendi aut locari eadem boda, quidquid alter exhibuerit pro ea, quod possibile fuerit ad optinendum pro eadem pecunia, propior erit Borchardus prenarratus.

141. Zifridus de Hovele, consul de Revalia, Johannes Kracht de Revalia, Deghenardus de Revalia, Bernardus de Revalia, Henneko de Didinghove de Revalia, Lodewicus Rozleyne de Revalia, Petrus Buncowe et Suederus socius suus, Hinricus Sluter, Johannes de Indagine, Richardus de Olda, Goswinus de Kolonia, Johan de Kamen de Righa, Detmarus et omnes eorum connaute pro semet ipsis et aliis propter ipsos quidquam facientes et dimittentes arbitrati sunt se nunquam amplius velle repetere aut vindictam facere de arrestacione liburnarum et rerum earundem facta per consules Gripheswaldenses et eorum concives, dimittentes eosdem consules et burgenses de Griphes[wald] a tali suspicionis causa totaliter liberos et solutos. Cum hoc tota controversia suborta ex eadem liburnarum occupacione est amicabiliter terminata seu finata, quod factum est in vigilia beatorum apostolorum Petri et Pauli (*Juni 28.*) sub anno suprascripto.

142. Herderus Magnus statuit privigne sue dictae Gheseken illam medium partem hereditatis stantem in Papenstrate, quam domina Alheydis Thonagelsce statuit eidem Herdero pro 75 m. d.

*143. Johannes Plotce statuit Johanni et Hilleken pueris Balenwolt de Stenhagen suam parvam hereditatem stantem in Longa platea pro 30 m. d. de suo patrimonio.

144. Tammo statuit suam medium hereditatem stantem in Longa platea Timmoni Reper pro 60 m. d., quousque redimere poterit pro pecunia memorata; de quibus dabit 6 m. red. annuatim.

*145. Tammo predictus statuit aliam medium partem eiusdem hereditatis pueris Johannis Grevesmolen pro 20 m. et 100. Scriptum in vigilia Bartolomei (*Aug. 23.*).

*146. Herman Ruvisch statuit suam medium partem bode apud murum prope turrim Gerhardo Leoni pro $22\frac{1}{2}$ m.; reliquam partem eiusdem bude statuit Thesoni pro 36 m. d.

*147. Theodericus Rese statuit suam integrum hereditatem in Blidenstrate Martino et Mathye, filiis Alardi Pultificis, pro 25^{a)} m., de quibus tangunt Mathiam 12 m. et Martino 13 m.

148. Bertoldus de Neseltorp omnimode de omnibus bonis cum consensu et voluntate tutorum et amicorum utrorumque conplanavit se cum pueris suis, videlicet Ghesen et Katerine, quibus dedit medium partem sue hereditatis stantis in Hokenstrate. Cum hoc separatus est totaliter ab eisdem. Scriptum in vigilia Omnia Sanctorum (*October 31.*)

A. D. 1312 III feria ante Martini episcopi (*November 7.*) hec sunt [f. 10 b] incepta.

*149. Nicolaus Rodehose statuit medium suam hereditatem stantem in Longa platea pueris fratris sui Hinrici Rodehosen, videlicet Johanni et Alheyde, pro 70 m. d. Ad hoc promiserunt Arnoldus de Cervo et Tidericus Witleder, si defectus fuerit in dicta media hereditate, quem supplebunt.

^{a)} vorher unterstrichen: 36 m. d.

150. Reynoldus Kemerere dedit Lamberto Suanken, suo genero, quartam partem sue hereditatis stantis in Vrankenstrate desponsacionis filie filie sue racione; que hereditatis quarta pars est eidem Lamberto racionabiliter resignata.

*151. Johannes Bacwerc et Thidericus Luseus iuncta manu tenentur veris heredibus Arnoldi de Vreden 40 m. d. in f. phasce solvendorum.

*152. Johannes, filius Bertoldi Lisegane, statuit suam sextam partem hereditatis stantem in Vrankenstrate apud Martinum Calsowen Thiderico Rochut pro 13 m. Inicium fuit in f. Michaelis suprascripto.

153. Johannes Baeghe rite et racionabiliter emit de fratri suo Jacobo quartam partem hereditatis situatam prope domum militum de Osten in Visgerstraten, que hereditatis quarta pars est eidem Baegen racionabiliter resignata.

154. Radekinus de Lawe sutor emit bodam a Tetzen quandam ipsius Ruvis sitam iuxta turrim Bordem, que sibi est legitima resignata.

155.^{a)} Fredericus in Blidenstrate statuit suam hereditatem in eadem platea Gerhardo Langendorp pro 20 m. d.; de quolibet anno dabit idem Fredericus 2 m. ad 2 annos; primos red. tollet in anno suprascripto.

A. D. 1313 in vigilia conversionis^{b)} s. Pauli (*Januar 24.*) hec [f. 11^a] sunt incepta.

156. Fredericus de Peron statuit Martino Wokenstede et Heynemann, genero suo, suam hereditatem lapideam apud Fratres Maiores stantem pro 300 m. d. pro pignore exsecuto vendendi, cum voluerit pro eorum placito voluntatis.

157. Thidericus de Ruya pistor emit hereditatem angularem in Papenstrate cum 4 bodis contiguis a Nicolao, filio Vulfardi, que eum hereditarie contingebat, pro 350 m., que sibi rite et racionabiliter resignata.

158. Ghiso, frater Ruygelant pistoris, statuit medietatem hereditatis sue site prope Ruygelant Petro, filio Calsoghe, pro 50 m. ad 2 annos; quilibet anno dabit annuatim 5 m. Inicium huius fuit in Convercionis s. Pauli a. D. supradicto.

159. Theze exposuit 24 m. ad murum inter ipsum et Petrum, filium Parvi Petri, pro quibus Petrus dabit ipsi Thezen singulis annis 2 m., quousque ipsas redimat. Terminus est in pascha.

*160. Johannes de Rethem statuit suam hereditatem Johanni de Summo pro 100 m. ad 2 annos. Inicium fuit pasche a. D. prescripto sub tali eciam condicione, quod si Johannes de Rethem voluerit sibi reddere suos denarios, hoc debet sibi predicere ad quartale et, si Johannes de Summo suos denarios voluerit rehabere, hoc eciam debet eidem predicere ad quartale.

*Item Albertus Velebruwere statuit puero Winandi Serdonis pro 40 m. medietatem sue hereditatis, pro qui[bus da]bit^{c)} singulis annis 4 m.

*161. Hinricus Schulderknoke statuit suam hereditatem in Punperstrate Hinrico de Ost et Hinrico Pelz pro 60 m. ad 10 annos; de anno dabit 6 m.; primos red. tollent Michaelis affuturo.

^{a)} darüber der radierte Eingang: Gerhardus Langendorp emit rite et racionabiliter.

^{b)} Hds.: conversatione. ^{c)} Hds.: quibit.

*162. Willekinus Surdech et Ludekinus Lantman emerunt dimidium ortho-nem stantem in Bodenstrate apud scolas s. Nicolai, qui quondam fuit Bernardi Pi[n]guis, a Reymaro Heket et de sua uxore pro 400 m. d., que eis rite et racionabiliter ad manus ipsorum resignata.

A. D. 1313 in octava Purificacionis Marie (*Febr. 9.*) hec conscripta [*f. 11^b* sunt.

163. Bertramus Witgerwer statuit Lamberto, filio fratris Wasmunt, duas partes sue hereditatis stantis^{a)} apud turrim in Lobeshaghen pro 15 m. d., de quolibet anno dabit 24 sol., quoque redimere possit.

164. Bertoldus Lizegane statuit Gerhardo Leoni quartam partem sue hereditatis pro 50 m., de quibus ad annum dabit 5 m. et, si hereditas tantum non valeret, tunc ad hoc satis facere teneretur. Pasche ultra annum ipsam debet redimere.

*165. Thi[dericus] de Wibergh statuit pueris Rodolfi de Wibergh, Johanni et Rodolfo, medietatem hereditatis sue, quam emit a Hinrico Volquini pro 45 m. lub.

*166. Albertus de Oldenhaghen cum consensu et voluntate uxoris sue Berten statuit suam hereditatem in Longa platea Longo Ludekino de Holbke pro 200 m. minus 22 m.^{b)} ultra annum redimendam, sicut hereditas Godikini de Loten fuerat statutum; pro inpetione dicta bisprake per annum et diem promiserunt Hinricus de Loten, Albertus et Vranko de Oldenhagen. Si autem non redimerit termino prescripto tunc, tunc vendere vel exponere ipsam hereditatem poterunt. Inicium pasche subsequentis. Procuratores huius sunt Johannes Papenhaghen de Orde et Jo[hannes] Papenhaghen.

*167. Bacwerc^{c)} statuit medietatem hereditatis sue Nyeolao de Gipeswaldis a f. pasche subsequente ultra annum pro 100 et 10 m. tunc solvendis.

*168. Johannes Vulfeshaghen statuit Waltero et Petro, fratribus suis, suam medium hereditatem stantem in Longa platea pro 4 m. et 70 m. d.

169. Hinrieus Boldewini statuit Theoderico Rochut suum horrium, quod habet in nova civitate pro una lasta ordei.

*170. Gerhardus Langgendorp concessit Gerhardo Kalen suam hereditatem stantem apud Fratres Maiores, quam idem Gerhardus Kale statuit Ertmode, filie Petri Kronevisce, pro 40 m. et 100. De 100 m. puer predictus servabitur in expensis, sed de 40 m. red. 4 m. per eundem Gerhardum Kalen exsolventur annuatim. Inicium horum red. est f. Nativitatis Domini sub. a. D. 1312; sed scripta sunt hec a. D. 1313 III feria post Invocavit (*März 6.*).

A. D. 1313 VI feria ante Reminiscere (*März 9.*) hec sunt incepta. [*f. 12^a*

171. Domina Detborch, relecta Westerso, cum consensu filii sui et aliorum heredum statuit suam quartam partem hereditatis in Pumperstrate domine Wendelen, reliche Johannis^{d)} Besonis, pro 10 m. d. ad 2 annos, de quibus annuatim 1 m. erogabit.

^{a)} Text: stantem. ^{b)} ad phasca proximum sub a. D. 1315 übergeschrieben. ^{c)} B. am Rand wiederholt. ^{d)} Joh. über dem durchstrichenen Arnoldi.

*172. Domina Elizabet de Bucken et filius eius Thydericus obligaverunt Alberto Rochut quartam partem sue hereditatis in Zemelosenstrate pro 150 m. d. de proxima phasce ad unum annum subsequentem; quam si medio tempore non redimerint pro eadem pecunia, extune empecio racionabilis manebit Alberti memorati. Scriptum VI feria ante Letare (*März 23.*).

*173. Johannes de Rethem et filius suus Johannes obligaverunt Detmaro Sculowen suam hereditatem stantem in Bodenstrate, in qua moratur Albertus Kusvelt pro 100 m. d. de proximo f. phasce ad unum annum subsequentem, quam tune redimere tenentur et 10 m. de eisdem erogare. Scriptum ante Judica me Deus.

*174. Inter Lodewicum Molendenarium et uxorem eius et ipsorum heredes parte ex una et Symonem, privignum Lodewici, parte ex altera ac suos heredes taliter est placitatum, quod inter ipsos omnimode tota causa, que vertebatur hinc et inde ratione hereditatis, sit sopita, terminata, decisa et in omni parte finita, quod factum est sub anno suprascripto in medio ieunii.

o175. Leo, filius domini Theoderici Wicberni, statuit Johanni Strateborch de Lubec suam hereditatem stantem in Bodenstrate, quam inhabitat^{a)}) pro 200 m. d. . . . sibi 100 m. in nunc venturo, alias vero f. Michaelis subsequenti (?). Si in hiis absque dampno.

176. Leveko habet 10 m. red. in boda Johannis Sluteri ante valvam Zemelosen de prehabito f. b. Michaelis ad 3 annos subsequentes, quod factum est cum voluntate heredum Johannis supradicti.

*177. Nicolaus, filius Gerhardi, obligavit Tyderico Lusco medium hereditatem suam lapideam in Bodenstrate pro 4 sol. minus quam 18 m. et 250 usque ad instans festum phasce faciendi et dimittendi cum eadem, si non redimerit et si aliquis fuerit defectus in hereditate dicta, eundem supplebit Nicolaus supradictus.

*178. Albertus de Lubec statuit domum lapideam suam stantem in Monekestrate Tyderico Lusco pro 4 sol. minus quam 38 m. et 200 usque ad instans f. phasce faciendi et dimittendi cum eadem, si non redimerit; et si defectus aliquis fuerit in dicta hereditate, eundem supplebit Albertus mémoratus.

*179. Lodewicus Molendinarius et Symon, privignus suus, conplanaverunt se in invicem de parte hereditatis patris eiusdem Symonis, ita quod omnimode illa tota causa sopita, terminata, finita est et decisa.

A. D. 1313 in vigilia Palmarum (*April 7.*) hec sunt incepta. [f. 12^b

*180. Domina Ghesa reicta Kunsonis cum consensu suorum filiorum et heredum statuit suam quartam partem hereditatis stantis in Bodenstrate domino Hartwico, plebano in Karowe, pro 100 m. d., que dari debent Eggelrat, sorori eiusdem sacerdotis, si in via peregrinationis morte preventus fuerit idem dictus dominus Hart[wicus].

*181. Domina Alheydis Thonagelsce et Hinricus, filius eius, statuerunt Geseken filie Rakestro suam medium hereditatem stantem in Smedenstrate pro 75 m. d. de f. phasce ad unum annum, de quibus 7½ m. erogabunt.

^{a)} vergl. No. 203.

*182. Willekinus de Grimmis habet 10 m. d. annuatim ad quatuor annos in media hereditate Johannis Stenhagen in Longa platea. Inicium huius est f. phasce. Has 10 m. redimere potest pro 100.

*183. Everhardus Mularc cum consensu sue uxoris et suorum puerorum statuit domino Johanni de Meppen suam medium hereditatem stantem in Molendstrate pro 50 m. d. de f. phasce ad 3 annos subsequentes, de quibus dicto domino Johanni 5 m. red. dabit annuatim, et si in dicto tempore 3 annorum non redimerit eandem medium hereditatem, tunc pignus permanebit prosecutum; perceptio horum reddituum erit in quolibet phasce.

184. Wernerus de Hele statuit Paulo de Wesele suam medium bodam, quam inhabitat Hermannus sutor, in Bodenstrate pro 50 m. d. usque ad instans f. Johannis baptiste pro pignore prosecuto.

185. Wolterus Monetarius vendidit Johanni Papen suam bodam in Zemelownstrate apud Johannem Roscilt pro 150 m. d. ad 6 annos, in quibus dictus Walterus reemere poterit pecunia pro eadem. Si autem medio tempore, quod absit, exhureretur eadem boda, si reedificari debeat, hoc fiat de expensis utrorumque predictorum. Inicium huius est VI feria ante Misericordia Domini (*April 27.*).

186. Fredericus de Perun sic concordatus est cum Ertmario, genero suo, quod pueri sui dicti Ertmari post obbitum Frederici et sue uxoris necnon filie sue Sophye tollere debent tantum de hereditate, quantum idem Fredericus dedit Johanni et Vickoni, filiis domine Sophye memorare, videlicet medium hereditatem, et eisdem pueris, sc. Johanni et Vicconi, dictus Fredericus nichil amplius dabit, nisi pueris Ertmari supradicti tantum erogabit; sed quamdiu ipse Fredericus et uxor sua vixerint, frui debent suis hereditatibus et bonis inperplexi. Item memoratus Fredericus licite vendere potest hereditatem lapideam, sed in cursu 2 aut 3 annorum reemere tenetur loco illius hereditatis aliam hereditatem equivalentem dubio quolibet postrogato, si sufficiens in pecunia fuerit idem Fredericus nec eciam de aliquibus bonis dabit eisdem 2 pueris quidquam, nisi de morte alicuius videatur pertinere eisdem.

*187. Herman Repere statuit Tibben, relicte Alrepers, suam hereditatem stantem in pl. S. Spiritus apud Lodewicum Molendarium pro 100 m. d. de festo pentecostes ad unum annum subsequentem. Scriptum IV feria ante pentecosten.

188. Albertus Bruneswic posuit Con[rado] Godebuz quartam partem hereditatis sue pro 20 m. et 7 sol. pro pignore, quoisque redimat.

A. D. 1313 IV feria post Processi et Martiriani (*Juli 4.*) incepta sunt hec. [f. 13 a]

*189. Johannes Bacwerc statuit quartam partem sue hereditatis in Longa platea pueris Gerhardi de Lingge, videlicet Alheyde, Hinrico et Katerine, pro 50 m. ad annum subsequentem.

*190. Gerwinus Perun concessit Hinrico Luf suam lapideam domum in Papenstrate, quam idem Hinricus statuit supradictis pueris pro 50 m. d. ad annum subsequentem.

191. Domina Hebele, relictta Gerhardi de Lingge, statuit quartam partem hereditatis sue, quam habet cum patre eius, supradictis pueris pro 60 m. d. ad annum consequentem.

*192. Conradus de Rodhe statuit Johanni Rufo de Lubec suam medium hereditatem stantem in Vrankenstrate pro 100 m. d. usque ad 8 dies post pasca, de quibus 10 m. eidem Johanni ministrabit. Si non redimerit in dicto tempore, tunc vendet aut exponet faciendo, quod decreverit.

193. Domina Mechtildis, relictta Hermanni de Sulta, statuit Hinrico Hovescen unum ortum humuli ad 5 annos, de quo tollet singulis annis 4 m. d. pro rebus desponsabilibus eidem Hinrico promissis.

194. Hinricus Zehagen, filius Hudonis, statuit Hermanno Stenhagen de Dacia suam medium hereditatem apud Novum Forum pro 30 m. d. ad 3 annos. Inicium huius est festum Johannis baptiste sub a. D. suprascripto.

195. Hinricus de Damus obligavit medium partem sue hereditatis stantis in Longa platea Johanni Becker pro 90 m. et 5 m. d. usque ad f. Nativitatis Domini.

o196. Johannes Gristow statuit Hinrico *Bruchusen* (?) suam medium hereditatem lapideam in Longa platea pro 83 millenariis laterum infra f. pentecosten fabricandorum.

*197. Nicolaus, filius Johannis Poyerosen, habet in hereditate lapidea sui patris apud Forum Carbonum 10 m. et 100, de quibus eundem filium in expencis et vestitu reservabit.

*198. Cristina, relictta Werner de Thyveren, cum consensu et voluntate provisorum eius et puerorum eius obligavit domino Gerwino de Zemelov partem sue hereditatis in Longa platea apud Johannem de Meppen pro 50 m. d. dictorum wicbeldesghelt, in qua ad 2 annos 5 m. red. habebit Gerwinus memoratus. Inicium huius et finis est f. b. Jacobi sub anno supradicto et, si in dicto tempore non redimetur eadem pars hereditatis, tunc idem Gerwinus cum eadem parte suos denarios comparabit.

*199. Heydeko Zemelov statuit Lefardo Zimerstorp suam integrum hereditatem in Longa platea pro 100 m. d. usque ad f. b. Martini. Scriptum VI feria ante Marie Magdalene (*Juli 20.*).

A. D. 1313 sabbato post Jacobi apostoli (*Juli 28.*) incepta sunt hec. [f. 13^b

*200. Nicolaus de Molne statuit Johanni dicto Keyser de Riga suam medium hereditatem in Longa platea pro 20 m. d. ad unum annum consequentem.

201. Hinricus Westphal totaliter de omni hereditate conplanavit se cum Hennekino previngno suo sic, quod hereditatem sibi de patre cedentem liberam dimisit eidem Hinrico, qui eam liberam optinebit.

202. Fredericus carnifex obligavit Conrado de Godebus suum mascellum pro 18 m. d. ad unum annum.

*203. Leo, filius domini T[iderici] Wicherni, statuit Hinrico Jasmunt suam hereditatem stantem in Bodenstrate, quam inhabitat Tammo, pro 150 m. d. de proximo f. Michaelis ad 6 annos. Sed si conburitur, quod Deus avertat, illud dampnum combustionis supportabit Leo et non Hinricus supradictus. Sex annis evolutis dictus Hinricus [non] separabitur a dicta hereditate nisi denariis suis restitutis;

si eciam contingat vendi, ad illam emptionem propior erit Hinricus memoratus; pro hiis complendis infra dictum tempus statuit sibi aliam suam hereditatem, quam inhabitat Johannes Woltorp.

204. Hinricus et Ludolfus fratres dicti Zehagen statuerunt Johanni Rufo de Lubec suam integrum hereditatem stantem apud Novum Forum in ortone pro 20 m. et 100 usque ad instans f. phasce.

*205. Dominus Gerwinus de Zemelov habet in hereditate integra domine Cristine cum consensu Bernardi et Hinrici filiorum eius dictorum Zachtelevent red. 32 m. wicbeldesghelt annuatim ad 3 annos inmediate subsequentes pro 400 m. d. slavicorum. Inicium huius est, quod tollet singulis annis suos red., quodlibet f. b. Michaelis. Si autem dicti red. in predicto tempore non reementur^a) a memorata domina et filiis eius, extunc perpetui red. eiusdem Gerwini permanebunt; si eciam pueri supradicti ceciderint in aliquod dampnum ratione huius facti, illud dampnum supplebitur per matrem eorum memoratam. Scriptum in vigilia Luce ewangeliste sub anno suprascripto (*October 17.*).

*206. Hinricus et Ludolfus dicti Zehagen statuerunt suam hereditatem in Nova Civitate apud Forum Johanni Lusco, filio Hinrici Stoltenhagen, pro 50 m. d.

*207. Ludolfus de Elvinggo concessit Lamberto et Ottoni suam hereditatem stantem prope Begginis, quam predicti 2 fratres Lambertus et Otto de Bremis statuerunt Arnolfo, filio parvi Detlevi penestici, pro 50 m. d.

*208. Rotgerus Hokeman statuit eodem Arnolfo, filio parvi Detlevi, suam hereditatem stantem in Pumperstrate pro 40 m. d.

A. D. 1313 in vigilia Luce Ewangeliste (*October 17.*)

[f. 14^a

*209.^b) Nicolaus, filius Jo[hannis] Poyterosen, habet in parva domo, que vocatur Kule, 100 m. et 10 m., quam domum sibi statuit Hermannus Poyterose, suus patruelus, et pro defectu idem Hermannus et sui heredes promiserunt.

*210. Hinricus de Rothe statuit Hermanno Poyterosen suam hereditatem parvam ex opposito Misneri, in qua idem Hermannus singulis annis cuiuslibet festi Michaelis tollet 13 m. red. Si in eadem hereditate aliquis fuerit defectus, ille supplebitur per dictum Hinricum et per^c hereditatem proximam.

211. Herman Pultifex obligavit suam hereditatem in Blidenstrate Waltero Techelin pro 10 sol. red. de muro edificato inter ipsos.

*212. Herman de Goslaria statuit Hinrico de Rostoc suam medium hereditatem stantem apud Johannem de Gustrow pro 100 m. d. ad 2 annos, de quibus eidem Hinrico in 4 anni temporibus 10 m. divisim erogabit. Scriptum in vigilia Symonis et Jude (*October 27.*).

*213. Reymarus Albus statuit suam medium hereditatem stantem in Vrankenstrate Willekino de Grimmis pro 100 m. a prehabito f. b. Martini ad 3 annos, de quibus 10 m. dabit annuatim. Scriptum a. D. 1314 sequenti die Circumcisionis (*Jan. 2.*).

^a) reem. über dem durchstr. reddimerit nachgetragen. ^b) No. 209 am oberen Rande von anderer Hand. ^c) et per — proximam besonders durchstrichen.

A. D. 1314 sequenti die Circumcisionis (*Jan. 2.*) hec sunt incepta.

*214. Johan Bursin statuit suam hereditatem stantem in Monachorum pl. Hennekino et Conrado et Elizabet, pueris Conradi Luneburg, pro 200 m. d., de quibus 20 m. dabit annuatim.

215. Jacobus Thonagel statuit Bordoni quartam partem sue hereditatis in Hokenstrate pro $12\frac{1}{2}$ m. d.

216. Gerlacus et Gerhardus de Kusveldia statuerunt suam medium hereditatem stantem in Longa platea, que fuerat Conradi de Kusveldia, Gerhardo, filio Longi Gerhardi, pro 50 m. d.; Godeko de Rostoc est provisor pueri supradicti.

o217. Fredericus Bere statuit suam quam habet in hereditate *Arnoldi* (?) in Knepestraten Mathye, filio domini

*218. Tydeman Pelegrim statuit Conrado Godebuz medium partem sue hereditatis penes Novum Forum pro 30 m. d. ad unicum annum. Scriptum in vigilia Valentini (*Febr. 13.*).

A. D. 1314 in vigilia Valentini incepta sunt hec (*Febr. 13.*). [f. 14 b]

219. Hinricus Vincko emit a Hinrico Kribratori cum consensu domini Gernwi Zemelown et Tydemanni Goslere totum edificium, lingna sive stocke, que edificata sunt super aream hereditatis ex opposito iuvenis Lusci usque ad domum Hornvisch, ad 9 annos de proximo f. phasce, que inquam edifica sive stocke exspiratis dictis annis dicto Hinrico Vinken permanebunt.

*220. Domina Kristina Krensersche in Bodenstrate statuit suam sextam partem hereditatis Katerine, filie Johannis Poyerosen, pro 100 m. d. cum 1 m.

221. Tydeman Westphal apud S. Petrum statuit Johanni Woltorp iuveni suam hereditatem pro 50 m. d., de quibus 5 m. red. dabit annuatim.

*222. Johannes Gerdene statuit Jacobo, filio Jacobi tutoris, suam medium hereditatem in Blidenstrate pro 20 m. d.

223. Wolfiam parte ex una et Godeko de Parchem cum Katerina sua uxore parte ex alia sic complanaverunt se totaliter de omnibus bonis hereditibus sibi aut Katerine uxori sue cedere potentibus ex parte dicti Wolfiammi et suorum heredum, quod nunquam debent repetere quidquam de hereditate eiusdem Wolfiammi et suorum puerorum nec ipsos aliquo modo pro hereditat[e] infestare.

224. Arnoldus Stenhagen pistor statuit Bertoldo de Zoltwede suum ortum foris civitatem penes curiam S. Georri cum domo ibidem edificato pro 35 m. d. ad 4 annos de prehabito f. Nativitatis Domini, de quibus $3\frac{1}{2}$ m. d. annuatim erogabit.

*225. Bernardus et Tydericus fratres dicti de Dorpen assingnauerunt matri eorum domine Gerborch ad tempora vite sue red. 14 m. in domo Ludolfi de Elvinggo in pl. S. Spiritus. Quos red. si Bernardus et Tydericus aliquo tempore mutare voluerint, bene possunt, dummodo dicte matri eorum tam bonos red. statuant vel assingnent, quod bonis viris^{a)} et honestis rationi consonum in equivalentia dictorum red. videatur.

Ad hoc idem Bernardus statuit dicte matri sue medium hereditatem suam stantem in Zemelown^{b)}strate pro 53 m. d. red. ad tempus sue vite, quos de eadem domo media tollet annuatim.

^{a)} viris übergeschrieben. ^{b)} vorher steht radiert: Boden.

Ad hoc eadem domina optinebit ad tempora vite sue red. 13 m. in media parte medie hereditatis in Zemelowerstrate Tyderici supradicti. Hos red. memorata domina tollet singulis annis in 4 anni terminis, videlicet f. phasce 20 m., Johannis Baptiste totidem, Michahelis totidem, in Nativitate Domini totidem.

Eciam antedicti duo fratres statuerunt seu assingnaverunt eodem matri eorum ad vite tempora sue medium lastam frumentorum in molendino novo, quod inhabitat Johannes Molentinarius.

Pro hiis omnibus eadem domina resingnavit suis dictis filiis bona hereditalia, que per mortem domini Tyderici de Dorpen bone memorie cedere videbuntur. Hos insuper redditus

A. D. 1314 in vigilia Benedicti Abbatis (*März 20.*) incepta sunt hec. [f. 15^a] octuaginta marcarum Bernardus et Tydericus aut eorum heredes redimere poterunt pro 800 m. d. post obbitum domine memorare, que 800 m. cedere debent hereditibus, prout ius postulabit.

*226. Ertmarus, filius domini Conradi, statuit Lamberto, filio Mathye de Bart, octavam partem sue hereditatis in Verstrate pro 30 m. d.

*227. Hinricus Muce statuit Hermanno Sculowen suam medium hereditatem stantem in Longa platea pro 24 m. et 100 usque ad f. b. Martini, quam si non redimerit, tunc temporis suos denarios acquireret cum venditione dicte hereditatis. Si aliquis in ea fuerit defectus, illum supplebit Hinricus memoratus.

*228. Johannes et Conradus dicti Liseghanc, filii Bertoldi Liseghanc, statuerunt Hermanno Rufo de Riga suam quartam partem hereditatis stantis in Vrankenstrate pro 50 m. d., de quibus dabunt sibi 5 m. red. annuatim.

229. Paulus, filius domini Gerhardi, obligavit Johannii Sculeken suam medium hereditatem stantem in Vrankenstrate ante valvam pro 70 m. d. ad 3 annos subsequentes.

*230. Willeko de Tribbeses statuit suam integrum hereditatem in Papenstrate stantem Conrado dicto Wöghen pro 13 m. et 100 usque ad instans f. Walburgis pro pingnore prosecuto.

*231. Johannes Sculeko ita posuit et dimisit domino Gerwino de Zemelov et Hinrico Bruchusen medium dverbodam, que fuerat Johannis Scottonis in Bodenstrate, quod cum eadem media parte facere vel vendere^{a)} et dimittere possunt, quod intendunt.

232. Dominus Gerwinus de Zemelowe exsolvit integraliter suam tertiam partem 200 marcarum, pro quibus ipsem cum domino Tyderico de Dorpen et domino Conrado Rederi suis hereditatibus obligaverunt.

233. Conradus Godebus statuit suam integrum hereditatem in Longa platea, quam inhabitat Ludolfus Haverkamp, Johanni et Margarete, pueris Hinrici Lusei, pro 2 m. et 150 m.; si aliquis est defectus in hiis, illum supplebit Conradus memoratus.

*234. Hinricus Vorlant statuit suam medium hereditatem in Longa platea suis pueris Gerborch et Ghesen pro 100 m. d.

A. D. 1314 sequenti die Marci ewangeliste (*April 26.*) incepta [f. 15^b] sunt hec.

^{a)} vel vendere übergeschrieben.

*235. Johannes de Riga statuit suam medium hereditatem in pl. S. Spiritus pueris Vetteroghen pro 65 m.; si pueri pacientur aliquem defectum, illum Johannes de Riga sublevabit.

*236. Hinricus, frater Ertmari, statuit filiabus Willekini Vetteroghen suam medium hereditatem in Longa platea pro 30 m. d.

*237. Henneko, filius Hinrici Bescoren, et Margareta mater sua statuerunt suam integrum hereditatem situatam in Papenstrate pueris Johannis Roggenbuc pro 90 m. d.

*238. Godeko Dives concessit Hermanno Papenhagen suo genero suam medium hereditatem, que fuerat Hermanni Parlament in pl. S. Spiritus, quam idem Hermannus Papenhagen statuit pueris Hermanni Papenhagen, fratris Hinrici Papenhagen, pro 100 m. d. ad 2 annos subsequentes.

239. Nicolaus Hoppener statuit Elizabet, filie Werner de Thyveren, et sorori eiusdem Elizabet, quas habuit apud ultimam dominam, suam integrum hereditatem apud Norum Forum pro 50 m. d.

*240. Lambertus de Libra obligavit suam medium bodam Libre penes murum Bertoldo, filio fratris sui, pro 60 m. d.

*241. Timmo Reper obligavit medium partem sue stipe sive medium hereditatem eiusdem stipe Hinrico Reper de Ghotlandia pro 200 m. d., de quibus 20 m. redditus dabit annuatim.

242. Bernardus Weling computavit cum Alberto Rochut, Martino Wokenstede consulibus, Petro Wigger, provisore s. Nicolai, de campanistro novo et bodis ibidem noviter edificatis, quod campanistrum cum bodis constant universaliter 4 sol. et 7 m. minus quam 400 m., quod factum est a. D. 1314 in die Walburgis (*Mai 1.*).

243. Johannes de Meppen in Vrankenstrate statuit Alberto, filio Hermanni de Meppen, suam integrum hereditatem stantem in Vrankenstrate pro 200 m. d., de quibus 20 m. red. dabit annuatim. Inicium huius est et finis festum Nativitatis Domini.

244. Hinricus Neselstorp statuit quartam partem sue hereditatis in Hokenstrate prevignis suis, pueris Johannis Kaboldestorp, pro 29 m. d.

*245. Henneko Vetting obligavit Godekino Mulart suum mascellum, quod habet in bodis carnificum, pro 13 m. usque ad f. b. Martini nunc venturi.

o246. Albertus Zachtelevent statuit suam hereditatem in pl. Monachorum, in qua moratur Petrus de Bart . . . Muggenhole et filie sue Margarete pro 75 m. d. Cum autem dictus . . . suam de . . . eusare voluerit, tunc exponere tenetur Albertus pecuniam supradictam. Scriptum in vigilia Trinitatis anno suprascripto (*Juni 1.*).

A. D. 1314 in vigilia Trinitatis (*Juni 1.*) hec sunt incepta. [f. 16 a]

247. Due medie hereditates Hinrici Pretwisch stantes in Vrankenstrate ex opposito Thyderici Stenhus sunt proprie Alheydis et Hilleken, filiarum eiusdem Hinrici, que eisdem cesserunt per obbitum sue matris.

248. Herman Nypris statuit Hermano de Dulmen suam hereditatem stantem in arca platea ex opposito Sloronis pro 1 m. minus quam 50 m. d. de prehabito f. phasce ad 3 annos subsequentes. Scriptum die suprascripto.

*249. Hinricus de Meppen^{a)} obligavit quartam partem sue hereditatis in Bodenstrate filie sue prime Cunneken pro 100 m. d., et cum eadem filia despousabitur, tunc in eadem quarta parte 50 m. ad predictas 100 m. optinebit.

*250. Everhardus Mulart et uxor sua cum voluntate filiorum seu heredum suorum statuerunt suam hereditatem stantem in Molenstrate domino Johanni de Meppen pro 100 m. d. de proximo f. phasce ad annum subsequentem, cui tunc suos denarios absque impedimento erogabunt. Scriptum IV feria ante Viti et Modesti martirum (*Juni 12.*).

*251. Willeko de Tribbesez statuit Johanni Zachtelevent et Radekino Zachtelevent suam integrum hereditatem stantem in Papenstrate pro 1 m. et 250 m. d. usque ad instans f. Nativitatis domini pro pingnore prosecuto. Scriptum sabbato ante Johannis Baptiste (*Juni 22.*).

*252. Johannes Huvener pistor statuit et posuit suam medium hereditatem stantem in Papenstrate in ortone sorori sue Hilleken pro 50 m. d.

253. Nicolaus de Molne statuit Bernardo, patruo Bertoldi Albi, suam quartam partem hereditatis in Longa platea pro 30 m. d.

*254. Lubbertus Stocwisch statuit Paulo de Wesele suam medium hereditatem stantem in Knepestraten pro 40 m. d. usque ad instans f. phasce. Scriptum in vigilia Petri et Pauli.

*255. Ertmarus Woltop statuit Paulo de Wesele suam quartam partem hereditatis prope Fratres Maiores pro 44 m. d. usque ad instans phasca; pro defectu huius promiserunt Ertmarus predictus et frater suus Johannes. Scriptum die supradicto.

*256. Goscaleus Manhagen statuit Johanni Papenagen Pingwi suam hereditatem stantem in pl. S. Spiritus pro 100 m. d. de ventura phasca ad 3 annos subsequentes.

*257. Johannes predictus statuit eandem hereditatem stantem apud Mascellas pueris Hermanni Papenagen bone memorie pro 100 m. d. Scriptum die suprascripto.

A. D. 1314 in vigilia bb. apostolorum Petri et Pauli hec sunt incepta [*f. 16^b* (*Juni 28.*)].

*258. Domina Alheydis, filia Storkowescen, et Johannes filius eius, quem habuit a Johanne Branteshagen, obligaverunt Sandero de Helsingenborch suam hereditatem stantem in pl. S. Spiritus pro 100 m. d. Inicium huius est f. b. Johannis baptiste iam elapsum.

*259. Dominus Gerwinus de Zemelowe habet singulis annis 24 m. wicbeldesghelt^{b)} red. in hereditate Johannis Rubekini stante in pl. Fabrorum pro 40 m. et 200 m.; cum reemere voluerit, reemet pro pecunia memorata; in 4 anni temporibus dicti red. exsolventur.

o260. statuit Elizabet, filie Hinrici medium partem sue hereditatis in . . . strate pro 17 m. d.

*261. Conradus, Martinus, Nicolaus fratres dicti Voghen tenentur Hermanno Rufo de Helsingenborch 200 m. d. solvendis de proximo f. b. Jacobi ad 2 annos

^{a)} Rand: Hinricus de Meppen. ^{b)} W. übergeschrieben.

expedit; de quibus eidem 20 m. erogabunt annuatim. Scriptum sabbato ante Jacobi anno suprascripto (*Juli 20.*).

*262. Sciendum, quod aqueduxio sive akethucht de hereditate Ghodekini Gustrowen in Zemelownstrate perpetualiter transire debet per bolas, in quibus morabatur Herderus Verman versus Verstraten sive valvam.

263. Hereditas media Bertoldi de Zoltwede in Bodenstrate est propria Tydemanni, sui fratris.

*264. Theodericus Rone doleator statuit suam hereditatem stantem in Longa platea Bertoldo Albo pro 150^{a)} m. d., quoisque redimere poterit, et dabit de 100 m. 10.

*265. Henneko, filius Wersterzo, statuit quartam partem sue hereditatis stantis in Pumperstraten Margarete, relicte Hermanni Longi, pro 10 m. d. usque ad instans f. b. Martini.

*266. Gerwinus Storkowe statuit pueris Ludolfi de Haren suam medianam hereditatem stantem in Smedestraten pro 100 m. d., de quibus faciet, quod ius civitatis fuerit, annuatim. Scriptum Vincula Petri (*August 1.*).

*267. Gerhardus Leo obligavit hereditatem, que nunc est scola apud S. Jacobum, pueris Ludolfi de Haren pro 50 m., que sibi statuta est per consules pro 70 m. d., quoisque consules reddimere poterunt memorati. Defectum huius subplebit Gerhardus supradictus.

*268. Goscaleus de Haren statuit integrum suam hereditatem stantem in pl. S. Spiritus pueris Ludolfi de Haren pro 150 m. d. De 100 dabit 10 m. annuatim.

*269. Hermannus Ossenrey statuit suam medianam hereditatem stantem in pl. S. Spiritus Hinrico Wolquini pro 100 m. d. Scriptum Vincula Petri (*August 1.*).

270. Domini consules obligantur Arnoldo, filio Ludolfi de Haren, 50 m., pro quibus singulis annis eidem Arnoldo in pascha dabunt 5 m., quoisque 50 m. reddere possunt.

A. D. 1314 in vigilia Bartolomei hec sunt incepta (*August 23.*). [f. 17^a

*271. Herman Sciring habet 14 m. d. in muro edificato inter ipsum et Johannem Ertmari filium, de quibus in quolibet f. pentecostes dictus Johannes dabit suos red. Hermanno memorato.

*272. Nicolaus de Molne statuit Bertoldo Albo et Alberto de *Tramme^{b)}* suam medianam hereditatem in Longa platea penes . . dictam Niprise pro 1 m. et 90 m. d.

273. Egbertus Westphal omnimode conplanavit se cum suis privignis tribus Hermanno, Hinrico, dictis Darsowe, et sorori eius ex parte hereditatis patris^{c)} dictorum puerorum, ita quod omnia inter ipsos versanca de dicta hereditate sunt terminata et finita seu in omnibus conplanata.

274. Goswinus de Kemeniz pistor habet quolibet f. Martini 1 m. d. in hereditate Borchardi Hoppener apud Novum Forum de muro inter ipsos edificato.

^{a)} 150 durchstr.; 100 et 20 übergeschr. u. durchstr.; darunter 80 m. . . auch durchstrichen und 40 nachgetragen. ^{b)} et A. de T. unterpunktiert. ^{c)} etmatris; ist aber radiert.

*275. Fredericus Helsingeborg statuit ex parte civitatis suam quartam partem hereditatis Ovelino de Stubbekoping pro 50 m. d. usque ad instans f. phasce.

276. Walterus Sartor dedit ecclesie S. Nicolai 100 m. d., a qua ecclesia suis vite temporibus victimum et vestitum sive nutrimentum optinebit; cum hoc debet preesse domui, quanto fidelius potest.

277. Theodericus Manhagen emit a suis pueris mediam hereditatem a se divisam, quam vendere, exponere vel donare poterit, faciens cum ea, quod decreverit, faciendum absque filii et pueris suis et contradictione eorundem; ad quod ipsi consensum prebuerunt et assensum.

*278. Tydericus Manhagen statuit domino Bertrammo Travenemunde eandem hereditatem mediam supradictam pro 30 m. d. ad 4 annos.

279.^{a)} Heydeko de Zemelowe statuit Elizabet, filie Werner de Thyvern, suam mediam hereditatem stantem in Longa platea in ortone pro 2 m. minus quam 50, de quibus eundem puerum in expencis conservabit aut conservare dimittet.

A. D. 1315 sabbato ante Ephyphaniam domini (*Jan. 4.*) incepta sunt hec. [f. 17^b

*280. Bernardus de Dorpen statuit Jacobo Brotten de Lubec suam integeram hereditatem stantem in pl. S. Spiritus cum omnibus attinenciis pro 400 m. d. usque ad instans f. b. Johannis Baptiste. Quam si non redemerit, empicio dicti Jacobi permanebit.

281. Hannin Strateborch bono animo dimisit domino Bertrammo Travenemunde omnia sua bona cum omnibus fructibus et utilitatibus eorundem, que habet in Ludereshagen, que Johan Strateborch dedit eidem Hannoni, que inquam bona dictus Bertrammus de prehabito f. b. Martini ad triennium possidebit.

282. Ziboldus Friso bone memorie habuit 25 m. et 100 ex parte Hesseli de hereditate patris sui Jacobi bone memorie, quas exsolvit Johannes Krans dicto Hesselo presentibus suis prioribus amicis et Johanne Lusco, suo provisore.

*283. Martinus Strateborch et fratres sui cum consensu suorum provisorum statuerunt Johanni Strateborch de Lubec 10 m. red. dicti wiebeldesghelt in domo stupe apud Fratres Minores de futuro f. b. Martini ad unicum annum; quos si medio tempore non redimerit pro 100 m., extunc empicio dicti Johannis aut, cui venderit, permanebit.

*284. Hermannus Levendeghe statuit domino Bertrammo Travenemunde suam mediam hereditatem penes Forum Novum pro 30 m. d. usque ad f. b. Michaelis.

*285. Johannes Banc pistor statuit Johanni, Karulo et Gheseken pueris fratris suam mediam hereditatem penes Sunderlant situatam pro 50 m. d. Scriptum sabbato ante Judica (*März 8.*).

*286. Petrus Wigger suam cornualem hereditatem lapideam stantem prope Spetalesdor, dictam Rammesberch, et Hinricus Branteshagen suam lapideam hereditatem in Hokenstrate, in qua moratur, ambo manu coniuneta statuerunt Alberto Huvener de Stetin pro 700 m. d. usque ad Nativitatem Domini pro ping-

^{a)} Die No. ist durchstrichen gewesen, die Striche sind wieder getilgt.

nore prosecuto; cum qua facere aut dimittere poterit, quod voluerit dicto tempore terminato. Dicti duo pro defectu, si quis fuerit, promiserunt. Scriptum VI feria ante Palmas anno supradicto (*März 14.*).

*287. Hinricus Ludershagen statuit suam medium partem hereditatis in pl. S. Spiritus Arnoldo de Wickeden pro 100 m. usque ad f. b. Martini pro pingnore prosecuto.

*288. Egbertus Biscop statuit Conrado Pedi et Hinrico Longo quartam partem sue hereditatis in pl. S. Spiritus pro 32 m. d. usque Phylippi et Jacobi pro pingnore prosecuto. Scriptum VI feria ante Palmas (*März 14.*).

A. D. 1315 VI feria ante Palmas (*März 14.*) incepta sunt hec. [f. 18 a]

*289. Domina Hyda de Bart et filius eius Johannes statuerunt quartam partem sue hereditatis in Molenstrate pro 2 sol. et 14 m. Büytin usque Michaelis pro pingnore prosecuto, et sexta[m] partem eiusdem hereditatis statuerunt Lemmekino pro 6 m. d. eodem modo.

290. Gerwinus de Zemelowe emit 10 m. redditus pro 100 m. d. in minori hereditate Johannis Manhagen de prehabito f. phasce ad 6 annos; quos si non reemerit dictus Johannes, faciet cum eadem hereditate, quod faciendum decreverit Gerwinus memoratus. Scriptum VI feria ante Georpii (*April 18.*).

*291. Nicolaus Vorkenbeke statuit Hermanno Steynhagen suam medium hereditatem stantem in pl. S. Spiritus prope Brabandescen pro 50 m. d.

*292. Johannes Huvener statuit Hermanno Stenhagen suam medium hereditatem stantem in Papenstrate pro 80 m. d. ad 5 annos deputatos, que inquam hereditas stat in ortone dicte platee.

*293. Gerhardus, filius Marchionis, statuit Hermanno Stenhagen suam medium partem hereditatis in pl. Tribbeses pro 4 m. d. tollendos ex hora eiusdem hereditatis.

*294. Dethardus Westphal statuit Petro Rustowen suam hereditatem in Vrankenstrate pro 100 m. d. ad 3 annos de proximo f. b. Michaelis; de quibus 10 m. red. eidem Petro erogabit.

*295. Godeko de Parchem statuit Hennekino, filio Gerhardi Pukenberch, suam medium hereditatem stantem penes Gerhardum Ossenrey pro 50 m. Item eandem medium partem statuit Hermanno Stenhagen pro 21 m. et Johanni Papen pro 40 m. Scripta sunt hec in die bb. Processi et Martiriani (*Juli 2.*) in anno suprascripto.

*296. Domina Reyborch, relecta Johannis Wackersnavels, et Johannes, filius eius, cum fratre suo Jacobo statuerunt Jacobo, filio Jüns Denen, suam hereditatem in Tribbesesstraten pro 33 m. d. usque ad f. phasce. Scriptum IV feria ante Assumptionem s. Marie (*August 13.*).

297. a) Media pars bode in institis, que fuerat Riteekini institoris, est nunc propria Johannis Lupi institoris cum alia sua parte bude secundum quod reliquit census arealis. b)

*298. Reymarus Albus statuit suam hereditatem lapideam in Vrankenstrate Gerhardo Gevelsberch et Johanni Vos sartori pro 4 sol. minus quam 18 m. et

a) Rand: ↑ b) Hds.: areales.

100 usque ad Nativitatis Domini pristina expositione non obstante, que primitus observetur. Hii sunt principes huius pecunie, cuilibet tantum: Gerhardo supradicto cedunt 24 m.; Johanni Vos 21 m.; domine Ghesen de Helmstede 15 m.; Gerhardo de Grimmis 16 m.; Wichmanno 14 $\frac{1}{2}$ m.; Johanni Pingui 14 m.; Hinrico Dalevitz 4 sol. et 3 m.; Hermanno Stenhagen 10 m.

A. D. 1315 IV feria post Assumptionem s. Marie (*August 20.*) hec [f. 18. b] sunt incepta.

*299. Richardus Travenemunde statuit Hermanno Parlement suam bodam lapideam ante valvam S. Spiritus pro 45 m. d. usque ad f. b. Martini nunc venturum.

*300. Bertoldus Niger statuit Herbordo Zoltrump suam integrum hereditatem stantem in Vrankenstrate pro 5 m. et 100 usque ad Carnisprivium; penes Lodewicum de Grimme est eadem situata.

*301. Herman de Oldenhagen statuit Godekino Suep suam hereditatem in Vrankenstrate stantem pro 30 m. d. ad 3 annos, de quibus idem Herman 3 m. red. erogabit. Inicium huius est f. b. Michaelis.

*302. Johannes Holtorp statuit Bertoldo, filio sui avunculi, suam medium turrim, quam habet inter Bodendorf et valvam S. Spiritus, pro 60 m. Scriptum in vigilia s. Dyonisii (*Oktober 8.*).

*303. Borchardus Hoppenere statuit Goswino de Haa suam integrum hereditatem penes Novum Forum stantem pro 100 m. usque pentecosten pro pingnore prosecuto.

*304. Arnoldus de Cerwo ^{a)} statuit Bertrammo de Travenemunde suam bodam, quam inhabitat Gerwinus Serdo, prope Novum Forum apud ortonem dicti Arnoldi pro 1 $\frac{1}{2}$ lasta ordei usque ad Carnisprivium; et si eadem boda tantum ad vendendum non valuerit, defectum supplebit Arnaldus memoratus. Scriptum in die Luce ewangeliste (*Oktober 18.*).

*305. Petrus Wigger statuit Johanni Wegener suam fabricam et pistrinam stantem ante Spetalesdor in ortone pro 100 m. d. de proximo f. b. Martini ad annum subsequentem; elapso dicto tempore postest vendere vel exponere eandem fabricam et pistrinam, cui voluerit, Johannes supradictus.

*306. Johannes Barenwolt statuit Johanni et Radekino Zachtelevent suam argilleam hereditatem stantem in arta platea penes scolas S. Jacobi pro 32 m. d. usque ad Martini pro pingnore prosecuto. Si defectus fuerit, illum supplebit Jo[hannes] Barenwolt supradictus.

*307. Hermann Huxher statuit Gerhardo Eckern de Lubec suam medium hereditatem in Vrankenstrate pro 50 m. usque ad Epyphaniam Domini pro pingnore prosecuto. Scriptum circa Luce ewangeliste.

*308. Godeko de Parchem statuit Hinrico Murdorp suam quartam partem hereditatis penes Ossenrey pro 25 m. d. usque ad f. b. Martini pro pingnore prosecuto. Scriptum sabbato ante Symonis et Jude (*Oktober 25.*).

A. D. 1315. VI feria post Elizabet (*Nov. 21.*) hec sunt incepta. [f. 19. a]

*309. Nicolaus Ziricke statuit suam medium hereditatem stantem in Vrankenstrate filiabus Gerhardi Marchionis pro 43 m. d.

^{a)} Hds. : Ceruno.

*310. Tydeman Barensteker statuit Tybben et Mechtildi, filiabus Tyderici Stenhamen, quartam partem sue hereditatis penes Novum Forum pro 33 m. d. ad 3 annos et eosdem pueros in expensis dicto tempore conservabit et alia necessaria eisdem pueris ministrando.

*311. Arnoldus de Cervo statuit Johanni Bursin suam integrum hereditatem in ortone apud Novum Forum pro 100 m. pro pingnore usque ad f. b. Martini salvis tamen debitibus Bertrammi de Travenemunde.

*312. Rulof Bullenhorn statuit Hermanno de Ghnoyen suam integrum hereditatem stantem ex opposito Fratrum Maiorum pro 100 m. d. ad 3 annos; de primo anno non dabit red., sed de 2 subsequentibus annis Rulof memoratus. Scriptum VI feria ante Andree apostoli (*Nov. 28.*).

*313. Hinricus Jasmunt statuit Goscalco de Kemeniz hereditatem Leonis, filii domini Tyderici Wicberni, sibi statutam aut quod habet in eadem hereditate stante in Bodenstrate, quam idem Hin[ricus] inhabitat pro 150 m. d. Scriptum IV feria ante Lucie (*Dez. 10.*).

*314. Goscalcus de Kemeniz statuit Conrado Albo de Kolberg suam medium hereditatem versus aquam penes Novum Forum pro 8 m. et 100 usque ad purificationem Marie pro pingnore prosecuto; Martinus Wokenstede, Hinricus Jasmunt et dictus Goscalcus promiserunt pro defectu absque querimoniis adimplendo. Scriptum IV feria ante Lucie.

*315. Johannes Luscus Goldoghe statuit Bertrammo et Godekino de Brakel suam integrum hereditatem cum omnibus attinenciis stantem in Molenstrate pro 100 m. d. usque pentecosten; si tunc non reddimerit, emocio eorum permanebit.

*316. Paulus de Wesele statuit suam quartam partem hereditatis lapidee in Bodenstrate pueris Detmari Serdonis pro 90 m. d. de Nativitate Domini ad annum subsequentem. Scriptum IV feria [ante] Lucie.

*317. Johannes Bleke statuit Heynoni de Bart suam medium hereditatem stantem ex opposito domine Hillen de Rodhe pro 100 m. d. usque Martini.

318. Walterus de Gheyne, Johannes Sculeke, Martinus Penesticus, Arnoldus Sutor fide[iuss]erunt pro Arnaldo de Libra, quod satisfaciat de eadem libra ad 3 annos de Nativitate Domini.^{a)} Scriptum eodem tempore in anno suprascripto.

A. D. 1316 in vigilia conversionis S. Pauli (*Jan. 24.*) incepta sunt hec. [f. 19 b]

319. Johannes Huvener pistor statuit Johanni Wegenere 3 bodas stantes prope suam hereditatem versus Anticum Forum pro 70 m. d. usque Michaelis pro pingnore prosecuto cum attinenciis bodarum earundem.

o320. suas bodas lapideas et ligneas pro 50 m. d. usque ad f. Michaelis.

321. Godeko de Parchem statuit Annoni Sagittario quartam partem sue hereditatis penes Gerhardum Os senrey pro 44 m. d. de proximo f. Michaelis ad annum subsequentem; quam si dicto tempore non reddimerit, emocio dicti Annonis permanebit. Scriptum V feria ante Oculi dominicam (*Maerz 10.*).

322. Domina Ghysle, reicta Johannis Westphal, emit racionabiliter prebendam in domo S. Spiritus pro se et matre eius et fratre eius Johanne et pro sorore mariti eius Gherborch ad tempora vite dictorum quatuor pro 50 m. et

^{a)} es folgt durchstrichen: prehabita.

100 m., pro quibus ipsa vendidit suam medianam hereditatem; et si aliquo tempore vendere voluerit aliam medianam hereditatis partem, hoc faciet cum consensu et voluntate consulum et provisorum dictae domus; et si redditus emuntur cum eisdem denariis medie hereditatis, illos red. aut eosdem denarios ad tempora vite sue cum sartagine et ceteris omnibus, que ipsa habet, quiete possidebit; sed ipsa Ghysla defuncta omnia predicta cum media hereditate dicta ad domum dictam revolventur.

*323. Ertmarus Woltorp statuit Kristiano de Bremis suam quartam partem hereditatis penes Fratres Maiores pro 37 m. pro pingnore prosecuto et istud circa Nativitatem Domini debuissent scripta fuisse et terminus huius fuit Ephyphania Domini.

*324. Johannes Bursin dabit Hinrico de Ost et Hinrico Peles annuatim 6 m. de sua hereditate in Pumperstrate de proximo f. b. Michaelis ad 5 annos. Scriptum sabbato ante Oculi (*Maerz 13.*); tempore exspirato dictus Johannes exsolvet dictis duobus 60 m. de 6 m. supradictis.

*325. Johannes Bleke statuit Hermanno Albo iuniori medianam partem sue hereditatis, que pertinebat Lamberto de Rodis, pro 100 m. et 24 m. usque ad. f. pasche ad exsequutum pignus.

*326. Domina Wibe Blankersche^{a)} statuit Bernardo et Arnoldo de Tribbeses fratribus domum suam factam de argilla sitam ex opposito domui Meyen pro 30 m. Michaelis nunc venturi redimendam.

A. D. 1317 in vigilia Epyphanie Domini (*Jan. 5.*)

[f. 20a]

*327. Willeko Ortulanus statuit Johanni carpentario hereditatem suam pro 9 m. usque ad f. pasche.

*328. In Godes namen amen. Allen luden, de desse hantvestinghe kunt to sende oder to horende. De ratman unde de oldermanne unde de menen borghere der stat tome Stralessunde ewighe salecheyt an Gode. Witlik unde openbare sie allen den gene, de nu sint unde noch tokomende sint, dat wi hebben vorkoft eyneme herliken manne, heren Conrade Witten, eneme borghere van Colberghe, unde sinen rechten erfnamen rente tvehundert marc unde drittich marc wendescher pennighe umme dre unde twintich hundert marc pennighe der silven munte, de wi in user stades nüt hebben ghekert to ses iaren al umme, de nu neghest anstande sin, de wi scholen binnen in der stat tome Sunde aller iarlikes in der hochtid^{b)} to paschen deme silven heren Conrade unde sinen rechten erfnamen eder eren wiscen boden redeliken utrichten also dat de vor benomeden rente unde dat hovetgoed nener hande borden user stad scholen dreghen, an schoete, an wake, an beschattinche noch an niner hande unghelde noch besvarnisze, al de wile dat her Conrad use borgher nichit en is unde sine erfnamen. Vortmer welkeme copmanne oder borghere van welkeme lande he siader van welker stat her Conrad de sulven rente verghift, verkopet, verschichtet, deme schole wi use wisce breve gheven beseghelet mit use stades ingheseghele willechliken uppe de sulven rente; were dat also dat her Conrad unde sine erfnamen woneden in ienegher stat, de user stat vient were, ader under ieneghen heren, de user stat

^{a)} Blankersche übergeschrieben. ^{b)} Hds.: hochtik.

vient were, doch scolde wi heren Conrade unde sinen erfnamenader eren wischen boden de vorbenomeden rente utrichten sunder ienecherhande weder stal unde hindernisse, also dat de rente mit deme hovetgoede en scal zekerliken volghen ute der stat, dat nen here nen vorste noch ienech minsche dat moghe hinderen ader keren. Vortmer verbinde wi us, were dat also, dat wi de vorbenomeden rente twehundert marc unde drittich binnen ses iaren nichit weder koften umme dat silve ghelt

A. D. 1317 circa Purificacionem Marie.

[f. 206

dre unde twintich hundert marc, so scholde de rente ere rechte stede cop bliven eweliken, to verghevende, to vercopende, to versettende, weme se willen, sunder heren, vorsten, ridderen, papen, eweliken to besittende, kindes kint to erwende unde van slechte in slechte. Vortmer wolde her Conrad ader sine erfnamen de rente vorcopen, so scholden se us ersten de rente weder beden umme dat silve ghelt.

Uppe dat desse dinc stede unde vaste bliven, so henghe wi user stades ingheseghel an dessen bref. Thughe desser dinc sint ratman unde oldermanne, de to deme male weren in deme rade: her Conrad heren Reders, her Hermann Witte, her Bertram Travenemunde, her Johan van Meppen, her Johannes Cranz, her Detmer Schulowe, her Gerwin van Zemelowe, her Jacob van Crispin, her Hinrik van deme Rode, Johan Wenthusen, Hinrik unde Herman Papenhagen, Ludeke Ghysensone, Bertold de Witte, Albrecht Sachtelevent, Thideman van Culpene, Godeke Cruse, Godeke Lensan, Hinrik vander Cippeken, Conrad Voeghe, Conrad Voyt, Hinrik van Dalvitze, Mertin Wokenstede, Hinrik van Zemelowe, Bernard van Dorpen, Jo[han] Goldoghe, Hinrik van Lothen, Albertus Rockut, Gerhardus Langhedorp, Gerhardus Lowe ratmanne. Vortmer Claus van Vellin, Bertold Soltwedele, Ludeke Cusfelt, Herman Lindowe, Borchard Atchers, Hinrik Pukenberch, Hinrik Borneholme, Johan Witte, Johan Schuleke, Jóhan Weghener, Brendeke Bruch[usen], Thideman Borsin, Peter Rustowe, Jo[han] Vorkenbeke, Jo[han] Svarte, Herman Stenaghien, Thideman Rockut, Bernard Weline, Jo[han] Vulf, Meyneke Vleschower, Hinrik Howesche, Jo[han] Papenhagen oppe dem Orde, Bernard Vleminc, Herman Peyne, Thideke de Ruia, Bernard van Norweghen oldermanne.

Desse bref is ghegheven unde ghescreven na Godes bort dusent iar dreihundert iar in deme sesteyenden iare des manendaghes in der hochtid^{a)} to paschen (*April 12.*).

*329. Nos consules et oldermanni de Sundis recognoscimus in hiis scriptum, quod tenemur solvere Conrado Albo de Colberghe et Goswino de Salice et Conrado Berhals et pueris Bertoldi Albi, fratris Conradi, in 1000 m. slavicalibus, quas nobis ad usum nostre civitatis prestiterunt in parato, quas eis sine protractione solvere debent in f. s. Michahelis et cum hoc 100 m. eiusdem monete reddituum ratione.

*330. Albertus Sachtelevent statuit Conrado Albo de Colberch suam hereditatem in pl. Monachorum, quam inhabitat, cum lapidea domo et curia pro 100 m. a f. pasche nunc proximo ad 2 annos pro prosecuto pignore pro denariis parate concessis.

^{a)} Hdschr.: hochtik.

A. D. 1317.

[f. 21^a

*331. Hinricus de Zemelowe habet in hereditate domine Hillen Struven 33 m., que prius pertinebant Schulderknoken; de quibus semper in f. pentecostes habebit in eadem hereditate red. 3 $\frac{1}{2}$ m. et 19 den., quas poterit de hereditate expingnorare.

*332. Otto Rasende statuit Gerwino Storkowe suam hereditatem in Hokenstrate pro 10 m. usque ad f. Michahelis.

*333. Otto Rasende statuit Thi[derico] Calsowen suam hereditatem in Hokenstrate pro 10 m. usque Michahelis; item statuit idem Otto eandem hereditatem Henneken Plotzen pro 10 m. usque Michahelis. Scriptum Letare (*März 13.*).

*334. Hinceke, filius Vrienstenes, statuit sue hereditatis quartam partem^{a)} Jordano Voghen pro 40 m. usque ad f. Michahelis pro pignore persecuto iuxta Novum Forum.

*335. Thideke de Meppen statuit quartam partem lapidee domus inter Vallam Bodorum et S. Spiritus puero Hincekini de Meppen pro 60 m.

*336. Johannes Papenhagen Pigwis statuit Gerwino de Storkowe suam fabricam dictam smede stantem in pl. S. Spiritus iuxta ortonem Stenhaghen pro 50 m., de quibus dabit quolibet anno red. 5 m. per unum annum; in f. pasce instabat.

*337. Uxor Brabandes^{b)} et filius eius Conradus statuerunt Bertoldo Curland quartam partem hereditatis eorum in pl. S. Spiritus pro 50 m. ad 6 annos pro pignore persecuto. Si non redimerint 6 annis exspiratis, tunc Bertoldus licite vendere potest dictam quartam partem, et si non solverit 50 m., tunc predicta domina et Conradus satisfacient Bertoldo pro defectu. Inicium fuit f. pasche sub a. D. 1315, sed scriptum fuit istud sub a. 17.

*338. Gereke Kale statuit hereditatem suam stantem in pl. Monachorum Ertmodo, puero^{c)} Petri Cronevitze, pro 100 et 40 m.; de 100 m. debet puer servari in expensis, de aliis 40 m. dabit annuatim red. 4 m. Inicium horum red. est in f. Nativitatis Domini sub a. D. 1312, sed scripta sunt hec sub a. D. 1317^{d)} III feria post Invocavit (*Febr. 22.*).

*339. Hinricus Spoldener statuit Hennekino de Bart medietatem sui ventimoli pro 21 $\frac{1}{2}$ m. usque in f. pentecostes pro executo pignore.

*340. Hinricus Vriensten et mater statuerunt Bertoldo de Grimme suam hereditatem iuxta Novum Forum pro 100 m. ad 2 annos, pro quibus annuatim dabunt 10 m. red.; in f. Michaelis erit initium reddituum.

*341. Claus Rockenbuc statuit pueris^{e)} sui fratrīs Jo[hannis] Rockenbuc quartam partem sue hereditatis, quam inhabitat, pro 46 m. ad 2 annos, de qua dabit eis annuatim 4 $\frac{1}{2}$ m. reddituum ratione et inicium reddituum fuit nativitas Domini sub a. [13] 16^{f)}.

^{a)} verbessert aus suam hereditatem. ^{b)} Brabandes über dem durchstrichenen Brandes.
^{c)} Vorher filio durchstrichen. ^{d)} Hds.: 1313. ^{e)} p. s. f. durchstrichen und suo avunculo übergeschrieben. ^{f)} Vorher durchstrichen: 17.

A. D. 1317.

[f. 21 b.]

*342. Gerwinus Lof statuit Hermanno de Paliborne suum ortonem apud ortonem Schelen pro 100 m. usque Martini nunc venturum, quod tunc sibi reddat denarios predictos.

*343. Noverint universi, quod Hermannus de Loninghe dedit ecclesie S. Georpii et infirmis 20 m. d., pro quibus quolibet anno, quamdiu vixerit, sibi dabunt red. $2\frac{1}{2}$ m. quolibet f. Michahelis; quas si magistri domus et provisores non dederint expedite, tunc ipsos red. expignorare poterit de bonis domus memorata.

*344. Item idem Hermannus de Loninghe dedit memoratis infirmis et ecclesie alias 20 m., quas infra 2 vel 4 annos recipere poterit — hoc est commissum Deo et sue voluntati — et de ipsis predicti provisores ei dabunt annis singulis, quam diu sub se habent, red. $2\frac{1}{2}$ m. termino supradicto; hoc sunt simul 5 m. red.

*345. Notandum, quod Hermannus de Loninghe dedit ecclesie S. Nicolai 100 m. d., pro quibus provisores ecclesie dabunt sibi annuatim, quam diu vixerit, red. 10 m.; ipso mortuo predicti red. in usus ecclesie reddibunt; et si Hermannus voluerit sedere ante ymaginem S. Anne, tunc provisores dabunt sibi expensas diebus vite sue, similiter et vestitum.

*346. Notandum, quod Petrus Wicberni ad se recepit filiam Johannis Westval, nomine Ermegardis, cum 60 m., pro quibus statuit predicte puelle medianam partem sue hereditatis iuxta Fratres Minores, quam inhabitat, et Petrus debet fovere et vestire ipsam pueram, quam diu pecuniam sub se habet; et cum solutus esse voluerit de puer, tunc pecuniam reddere debet provisoribus cum ipso puer, et cum voluerint rehabere pecuniam, tunc sibi hoc unum quartale ante indicabunt et tunc reddere debet absque mora.

*347. Notandum, quod Godfridus Dives recepit filiam Johannis Westval, nomine Odborch, ad expensas suas cum 60 m. d., pro quibus statuit ei medianam partem hereditatis iuxta Atcherum^{a)} in pl. S. Spiritus stantem,^{b)} de qua pecunia Godfridus debet fovere et vestire predictam pueram, quam diu pecuniam sub se habet, et cum voluerit solutus esse de puer, tunc reddere debet pecuniam cum ipso puer; et cum pecuniam rehabere voluerint provisores, tunc sibi hoc unum quartale ante indicabunt et tunc reddere debet pecuniam absque mora.

*348. Domina Elizabet, relictia Wolteri de Gheyne, statuit Thidemanno Baken quartam partem hereditatis eius in Bodenstrate stantem pro 60 m. usque ad f. Michahelis nunc proximum tali condicione: si ipsa domina tunc non redimerit ipsam pro 60 m., tunc dicta pars ipsi Thidemanno proprie pertinebit. Scriptum sequenti Walburgis (*Mai 2.*).

*349. Heydeke de Zemelowe statuit domino Gerwino de Zemelowe suam hereditatem in Longa platea, quam pater suus inhabitaverat, pro 100 m. usque ad f. s. Johannis Baptiste nunc venturum; si tunc non redimerit, tunc vendere potest, cui placet. Scriptum sequenti die Johannis Baptiste sub a. D. [13] 17 (*Juni 25.*).

^{a)} i. A. übergeschrieben. ^{b)} übergeschrieben und radiert: iuxta Perlement.

*350. Hermannus de Loninghe pannicida emit a S. Georrio red. 15 m. ad tempora vite sue, ita videlicet, si necesse fuerit ipsi Hermanno, tunc debent sibi reddi 40 m. et 5^a) m. red.; tunc erunt solute et hos predictos red. poterit hereditare suis amicis ad 4 annos, et eos expignorare poterit de bonis domus supradictae. Medietatem tollet in f. pasche et medietatem Michahelis.

351. Dominus Hermannus Papenaghē dedit S. Georrio ortum suum humuli ante Kuterdor perpetuo possidendum.

A. D. 1317.

[f. 22a]

o352. Gerhardus Kemerer statuit medietatem sue lapidee domus in Longa platea euidam nomine *Thideman Gollerus* (?) pro 60 m. usque ad f. s. Jacobi ad prosecutum pignus.

*353. Domina Margareta, reicta^b) Nicolai Cranz, statuit Jo[hanni] Goldoghen et Jo[hanni] Prucen et Jo[hanni] de Rostok suam integrā hereditatē stantem in pl. Zemelowe pro 300 m., medietatē solvet in f. s. Jo[hannis] Baptiste et medietatē Michahelis; quod si non fecerit, tunc predicti tres poterunt vendere dictam hereditatē, cui placet, tamquam pignus persecutum.

*354. Notandum, quod Hinricus de Zemelowe et sui heredes concesserunt^c) dominis consulibus civitatis Sundis ad usum civitatis 450 m. slavicāles, quas sine protraxione eis solvere debemus in f. pasche transactis 3 annis a f. pasche nunc elapso et de eis ipsis dare debemus quolibet anno 45 m. red. Si consules non solverint tempore prefato, tunc idem Hin[ricus] et sui heredes prefatos red. in fisco memorate civitatis perpetue optinebunt; vendendi et donandi hos, cui voluerint, liberam habeant potestatē, medium partem redditū percipient quolibet f. Michahelis et medium partem quolibet f. pasche.

o355. Placitatum . . .^d)

356. Placitatum est cum Hinrico de Tremonia, quod diebus vite sue debet custodire ymaginem B. Anne in capella S. Nicolai, pro quo provisores ecclesie dabunt ei vestitum et victum; cum autem moritur, tunc omnia bona sua ecclesie S. Nicolai pertinebunt.

357. Nycolaus Spicherinc statuit tertiam partem sue hereditatis in pl. Monachorum Gerhardo suo privigno pro 60 m., de quibus eum vestire, calciare et in expensis tenere [debet], quousque perveniat ad annos discretionis.

358. Herman Perlement statuit Woltero Perlement suam medianā hereditatē in pl. Monachorum pro 100 m. per unum annum; transacto uno anno, si tunc non redimerit, tunc manebit ipsius Wolteri et poterit vendere et donare, cui placet, et si minus solvet, quam 100 m., illum defectum supplebit Hermannus Perlement supradictus.^e)

*359. Nycolaus Gristowe statuit Alberto Rockut medianā hereditatē suam in Lobeshaghen pro 24 m. infra hinc et f. Nativitatis Domini; si tunc non redimet, tunc manebit propria ipsius Alberti Rockut.

^{a)} 5 über dem durchstrichenen 4. ^{b)} vorher durchstr.: uxor. ^{c)} vorher durchstrichen ten[en]tur Hinrico. ^{d)} Rasur von 3 Zeilen. ^{e)} folgt durchstrichen: et Hermannus.

*360. Johannes Cuprifaber statuit Godscalco de Haren quartale sue hereditatis in pl. S. Spiritus pro $22\frac{1}{2}$ m.

A. D. 1317 circa f. Nativitatis Marie (*Sept. 8.*).

[f. 22 b]

361. Johannes de Rostok doleator statuit Martino Calsowen medium hereditatem suam versus Grotebrot pro 30 m. usque Michahelis nunc proximum ad exequutum pignus, quod vendere et exponere potest, cui placet.

*362. Hennekinus Vettinc statuit Hinrico de Zemelowe suas duas būdas retro ipsum in Arta pl. pro 20 m. usque Martini cum consensu fratri sui Alardi et uxoris.

*363. Privilegium Petri de Scheninghe et sue matris.

Omnibus presens scriptum cernentibus consules et oldermannii civitatis Stralessunt salutem et sinceram in Domino karitatem. Tenore presentium recognoscimus publice protestantes nos vendisse rite et rationabiliter honeste et provide mulieri, domine Druden de Scheninghe dicte, ac Petro eius filio eorumque veris heredibus a f. Michahelis nunc instanti ad duos annos redditus 100 et 20 m. den. slavicalium pro 1000 et 200 m. d. eiusdem monete nobis integraliter personatis et honeste et in usum nostre civitatis conversis; quos red. eis dimidios in f. pasche proximo et dimidios in f. Michahelis sequenti erogabimus Petro Rustowe nostro conburgensi ex parte eorundem annis singulis, quam diu duraverit expedite, vel alteri, quem loco sui constituerint, acceptandum. Si vero dictos red. in statutis temporibus eis non erogabimus, quem admodum est premissum, extunc expensas, quas prefata domina Drude et eius filius fecerint vel eorum iure voluerint affirmare et comprobare, tenebimur resarcire et restaurare. Eciam si, quod absit, inter dominum terre nostre aut alios quoscumque dissensiones vel inimicicie suborte fuerint, nos nichilominus hiis omnibus non obstantibus eis omnia, que in hac pagina continentur, tenebimus expedite; unde pro testimonio nostre civitatis sigillum presentibus est appensum. Datum et actum Sundis a. D. 1317 feria VI proxima post Bartholomei apostoli beati (Aug. 26.).

*364. Johannes de Gnoyen iunior habet in hereditate Johannis de Rethem inter pl. S. Spiritus et Bodonis red. 30 m. annuatim et in hereditate eiusdem Jo[hannis] de Rethem situata in Bodenstrate habet idem Jo[hannes] de Gnoyen red. 10 m. annuatim. Si has hereditates non redimerit in f. s. Johannis Baptiste sub a. D. 1319^a), tunc Johannes de Gnoyen potesset licite vendere eas, cui placet.

*365. Conradus Sutor, filius domine Hillen, statuit Hinrico Tortifici medietatem ventimoli ante antiquum Kuter dor, quod edificaverat Spoldener, pro 24 m. pro pignore executo usque Martini.

*366. Martinus de Wokenste[de] statuit pueris Raven sui fratris medium hereditatem suam in pl. S. Spiritus pro 70 m., videlicet Ravene pro 20 m. et Metteken pro 50 m.

*367. Martinus Wokenstede statuit Metteken, filie fratris sui Raven^b), quartam partem hereditatis sue pro 50 m.

^{a)} im Text 1317 durchstrichen u. 1319 darunter nachgetragen. ^{b)} Raven übergeschrieben.

368. Notandum, quod Elvervelt statuit hiis debitoribus, qui secuntur, [f. 23 a] quicquid non est expositum in hereditatibus suis^{a)} iuxta Novum Forum in ortone, Eberto Westvalo pro 28 m.; item Herdero de Righa pro 16 m.; item Hinrico de Brema pro 7 1/2 m. et 2 sol.; item Jordano filio Jordani pro 36 m.; item Bernardo de Cusfelde dicto Macevrent 10 m.; item Hermanno de Monasterio 21 m.; item Jo[hanni] Brunesvic pro 12 m. Has predictas^{b)} hereditates posuit predictis debitoribus pro pignore exsecuto usque ad Nativitatem Cristi. Item Alberto Pensin statuit predictam hereditatem pro 21 m. minus 6 solidis.

*369. Omnibus presens scriptum visuris consules et oldermanni civitatis Stralessundis salutem in Domino. Tenore presentium recognoscimus et testamur nos ex parte civitatis nostre teneri et obligari viro discreto Hermanno de Sten-haghen nostro concivi ex iusto debito in 300 m. slavicalibus supra illas 600 m., que continentur in privilegio, quod habet ex parte nostre civitatis, et has 300 m. ipsi Hermanno vel suis heredibus solvere debemus de prima pecunia, que nobis derivabitur ex parte civitatis, quod sibi communiter bona promisimus voluntate. Et in testimonium et evidenciam istius cum sigillo nostre civitatis presens scriptum fecimus roborari. Datum in nostra presencia a. D. 1317 in die s. Thome apostoli (*Dec. 21*).

*370. Omnibus presens scriptum cernentibus consules et oldermanni civitatis Stralessundis salutem in Domino. Presencium literarum serie testamur ac notum facimus universis, quod discreto viro nostro burgensi Hermanno de Sten-haghen suisque heredibus ratione veri debiti ex parte nostre civitatis in 600 m. slavicalibus sumus obligati, inter quas sunt 200 m., que ei ad nos per Bernardum Album sartorem ex parte hereditatis sue fuerunt demonstrare; quam summam elapsis 3 annis a f. s. Martini nunc proxime preterito sibi vel suis heredibus solvere debemus absque mora et per hos 3 annos quolibet f. Martini sibi dare 60 m. predicte monete redditum ratione. Primus annus tollendi hos 60 m. red. erit proximo f. Martini nunc venturo; hanc pecuniam ipsi Hermanno Sten-haghen vel suis heredibus solvere promisimus communi et bona voluntate. In testimonium et evidentiam istorum omnium nostre civitatis sigillum presentibus duximus apponendum. Datum in nostra presencia a. D. 1317 in die s. Thome apostoli (*Dec. 21*).

A. D. 1318^{c)} ante Nativitatem Domini.

[f. 23 b]

*371. Loweke filius Peregrini statuit Johanni institori de Helsingheborch tertiam partem sue hereditatis in Vrankenstrate pro 50 m. ad 3 annos. Scriptum sequenti die Conversionis Pauli (*Jan. 26*.). Primus annus fuit inceptus Michaelis sub a. D. 1317.^{d)}

*372. Johannes Cuprifaber statuit domino Bertramo et Conrado Travenemunde medium hereditatem suam in pl. S. Spiritus pro 44 m. usque ad proximam diem festi Epyphanie pro pignore exsecuto.

*373. Leo, filius Thi[derici] Wicberni, statuit Hermanno Sten[agen] hereditatem suam in Bodenstraten, que pertinebat domino Leoni Valken, cum omni-

^{a)} verbessert aus hereditate sua. ^{b)} verb. aus hanc predictam. ^{c)} Hdsch. 1318 in 1319 geändert. ^{d)} Rasur von 3 Zeilen.

bus suis attinenciis, sicut dominus Leo Valke habuit, pro 350 m. et 1 m. usque Martini nunc venturi; si tunc non redimerit, tunc perpetua et empta emptio permanebit.

374. Thideman Backendorp statuit domino Detmaro Schulowen suum novum ventimolum propinquius civitati pro tribus sexagenis sparen vuren de 40 pedibus et pro 4 m. d.; si non redimerit in f. pasce, tunc dominus Schulowe vendere potest et emere dictos sparen et inde recipere suas 4 m.

375. Johannes Hovener pistor statuit puero Marquardi Boemeker quartam partem hereditatis sue, quam inhabitat in ortone in Papenstraten, ad 2 annos pro 30 m., de quibus puerum tenebit vel quolibet anno dabit de ipsis 3 m. Primus annus incepit f. pasche sub anno D. 1318.^{a)}

376. Hartwicus de Scaprode statuit pueris Detmari de Bremis medium ventimolum suum, quod Lodewicus edificaverat, pro pecunia, quam eis tenetur pro dimidia hereditate sua.

*377. Willeke ortulanus statuit Jordano Voghen suam hereditatem in Molensstrate cum omnibus attinenciis pro 14 m. minus 4 solidis pro pignore persecuto usque in f. pentecostes.

378. Bernardus Meyenborch^{b)} et frater suus Hin[ricus] statuerunt Godekino Svep suam hereditatem in pl. Tribbeses pro 30 m. a f. Nativitatis Domini nunc transacto per 4 annos, de quibus idem Meyenborch puerum Thi[derici] Wokerer vestiet, nutrit et informabit.

*379. Nycolaus Beggerowe statuit domino Thiderico de Alen de Lubec ortonem suum iuxta Fratres Maiores, qui quondam pertinebat Jo[hanni] de Strateborch, pro 200 m. slavicalibus, quas sibi prestitit in parato. Anno D. 1318 circa Carnisprivium. [f. 24 a]

*380. Detlevus dimisit et vendidit Lutberto institori 20 m. d., quas pueri filie Holsati habuerunt^{c)} cum consulibus, de quibus Lutbertus tollet quilibet f. Michahelis red. 2 m. Et^{d)} Lutbertus fideiussit pro eo, quod Detlevus sit propinquior heres ad talem pecuniam sublevandam.

381. Thidericus de Grimmis statuit medietatem sue hereditatis in pl. Tribbeses iuxta domum Hermanni Westvali Thidekino filio Mildchant pro 20 m.

*382. Reymer Plotze statuit medietatem hereditatis^{e)} sue in pl. Franconum iuxta Alereper[s]chen puero Thidemanni Albi pro 43 m.

*383. Johannes Vorkenbeke statuit puero Hinrici de Monasterio quartam partem hereditatis in Longa platea pro 40 m.

Item Herman Syolle statuit eodem puero medietatem sue hereditatis iuxta cymiterium B. Virginis pro 20 m. Si defectus erit in hereditatibus, illum defectum supplebunt Jo[hannes] et Her[mannus] supradicti.

*384. Reymer Plotze et sui fratres statuerunt Werner de Gholge et Alheydi uxori sue quartam partem hereditatis sue in pl. Franconum^{f)} pro 60 m.

385. Thideman Borsin statuit Hinrico de Zemelowe duas budas suas^{g)} inter valvam Zemelowe et Bodorum pro 22 m. usque ad f. Martini nunc futurum, quam bodam Henneke Vettinc redimere debet.

^{a)} verb. aus 1317. ^{b)} Hdsch.: Nyenborch, doch vergl. am Ende idem Meyenborch. ^{c)} verb. aus habuit. ^{d)} von Et bis prop. radiert. ^{e)} medietatem durchstrichen, quartale übergeschrieben. ^{f)} pl. Fr. über dem durchstrichenen: Longa platea. ^{g)} duas u. suas durchstrichen; budas in budam geändert u. dimidiata — suam übergeschrieben.

*386. Petrus Wicerni recepit puerum Johannis Westvali nomine Ermegard cum 60 m., de quibus debet fovere et vestire puerum, quam diu pecuniam sub se habet; et cum solitus esse vult de ipso puer, tunc pecuniam reddat cum puer, et cum provisores volunt habere pecuniam, tunc sibi dicere debent hoc unum quartale ante. Pro hac pecunia statuit idem Petrus predicto puer et provisoribus suis medietatem domus sue ante valvam Bodorum situatam.

*387. Willeke institutor habet in 2 budis in Novo Theatro in ortone, cum itur de ecclesia ad dexteram manum, quas bodas Willeke Parvus institutor et Remer inhabitant, 16 m. red. pro 150 m. et 10 m., quas bodas habebit de uno fine ad alium.

*388. Richardus Travenemunde statuit sorori Jude suas bodas ante valvam S. Spiritus pro 50 m. minus 1 m. per unum annum a Carnisprivio nunc venturo; pro defectu promiserunt Reynerus cerdo, Jo[hannes] frater Ottonis et Albertus, gener Ottonis.

389. Hermannus Tevin statuit Hermanno Godowen medietatem sue hereditatis in Lobeshaghen inter Rolevum et Gerlacum pro 20 m. per 3 annos a Carnisprivio nunc venturo, de quibus habebit annuatim red. 2 m.

A. D. 1318 in carnisprivio.

[f. 24b]

*390. Thyde man de Oren et Thideman Zarowe statuerunt pueru Hennekini de Woltdorp nomine Seffeke medietatem hereditatis sue in Pumperstrate iuxta Michahelem prolocutorem pro 20 m. a f. s. Michahelis nunc venturo per unum annum, de quibus dabunt pueru quolibet anno red. 2 m., quas dabunt in 4 terminis anni. Pro defectu predicti duo promiserunt.

*391. Albertus de Lubec statuit Ulrico de Sancebur suam lapideam domum in Arta platea pro 90 m. usque ad instans f. Martini pro pignore exsecuto. Scriptum a. D. 1318 in vigilia b. Mathie (*Febr. 23.*).

392. Uxor Johannis Lusci et eius pueri statuerunt domino Bertramm o Travenemunde et domino Jo[hanni] Cranz ex parte Albi Hyldebrandi hereditatem suam lapideam in Longa platea pro 200 m. et 20 m. usque ad instans f. Martini pro exsequuto pignore. Item statuerunt ipsi Bernardo Albo eandem hereditatem pro 100 m. minus 6 m. sub condicione iam notata. Scripta sunt hec a. D. 1318 feria VI ante Carnisprivium.

393. Uxor Jo[hannis] Lusci et eius pueri coram consulibus recognoverunt, quod dominus Johannes Cranz persolverit omnia, que eis ex parte domini Ziboldi et ex parte propria tenebatur, et quod nichil amplius eis solvere teneatur.

394. Willeke Tribbeses et Hesselus^{a)} et Arnoldus Zehaghен cum consensu Vrowini statuerunt Hennekino Rustowen medietatem lapidee bude Vrowini in arta platea iuxta domum Willekini de Tribbeses pro 16 m. tali condicione: si non redimerint in f. Michahelis nunc futuro, tunc Henneke Rustowe debet eis addere 4 m. et optinere medietatem eiusdem bude pro legitima empacione. Willekinus et Hesselus promittunt pro eo, quod nullus istud contra dicat. Scriptum feria VI ante Carnisprivium (*März 3.*).

*395. Gerhardus Boghemile statuit Gerhardo de Langhendorpe budam suam ante Vrankendore pro 70 m., ita quod eam frangat et deponat, quandocumque

^{a)} *Hdschr. Helslus.*

consules postulabunt, et Gerhardus Boghemile potest eam redimere pro 70 m., quandocumque sibi placet.

*396. Hinricus Lindowe cum consensu domine Wiben relicte Andree statuit medium^{a)} hereditatem eiusdem domine pueris Hermanni Lindowen pro 50 m. d. per 2 annos a f. pasce nunc venturo; que hereditas est in Longa platea constituta.

A. D. 1318 Dominica Reminiscere (*März 19.*)

[f. 25 a]

397. Hinricus Bare statuit Martino Calsowen suam hereditatem in Blidenstraten pro 20 m. usque ad f. pasche; si tunc non redimerit, tunc vendere et exponere poterit, cui placet.

*398.^{b)} Dominus Johannes de Meppen statuit pro Hinreico Lindowen pueris Hermanni Lindowe suam domum^{c)} in Longa platea iuxta domum, quam inhabitat, in qua moratur Pistor, pro 150 m. a f. pasce nunc proximo ad 2 annos. Si autem ante complecionem dictorum 2 annorum filia Hermanni Lindowen desponsabitur, tunc Hin[ricus] Lindowe dictam pecuniam persolvet; quod si non fecerit, tunc predicta domus vendatur et de ipsa pecunia resumatur.

*399. Pueri Longi Nycolai statuerunt Bertoldo de Grimme medietatem domus angularis, in qua moratur Cuprifaber, pro 63 m. usque ad f. Martini, et istud pueri fecerunt cum consilio et voluntate suorum amicorum, videlicet Martini de Wokenstede, Wichmanni et Nycolay Defholte et eorum matris.

*400. Bernardus Ghoswini et suus privignus^{d)} statuerunt Hermanno Paleborne medietatem lapidee domus in Verstrate, quam Stubbendorp edificaverat, pro 100 m. usque in f. b. Martini nunc venturum; quam pecuniam reddat absque mora.

*401. Nycolaus Hogheminne senior et sui filii Nycolaus et Hermannus statuerunt Hermanno Schulowen suam hereditatem in Knepestrate usque Michahelis pro 84 m. pro pignore exsecuto; et pro defectu sibi promiserunt.

*402. Johannes Hovener pistor statuit quartam partem hereditatis sue Alberto Rockūt^{e)} in ortone in Papenstrate cum būdis pro 40 m. d. usque Michahelis ad pignus exsequutum.

*403. Role de Warpe statuit filie sue Mechtildi medietatem sue lapidee domus pro redditibus 5 marcarum annuatim, quoisque filie sue iam dicte in alio loco comparaverit ipsos redditus et cum hoc fecerit, tunc domus sua debet esse sibi libera et soluta.

*404. Idem Role de Warpe statuit Hennekino, [filio]^{f)} fratris uxoris sue, aliam medietatem lapidee domus sue pro 90 m., quoisque puero dictam pecuniam reddiderit et cum hoc protestari poterit; tunc domus sua sit libera et soluta et hanc pecunia[m] inonerata[m]^{g)} mater pueri exposuit et dedit puero ex parte hereditatis patris sui et matris sue et sic ipse puer est omnino de hereditate patris et matris separatus.

*405. Godscalcus Manhaghen statuit Johanni Pigwi Papenhaghen suam hereditatem in pl. Penesticorum, quam inhabitat, pro 100 m.; quam nunc in

^{a)} medium übergeschrieben. ^{b)} Rand: Johan de Me. ^{c)} vor domum durchstrichen: lapideam. ^{d)} verbessert aus: sui duo privigni. ^{e)} A. R. übergeschrieben. ^{f)} filio zu ergänzen oder statt fratris: fratri zu lesen. ^{g)} inonerata übergeschrieben; mater durchstrichen.

f. pasce proximo venturo sine ullo impedimento redimere debet pro eisdem 100 m. Si vero in hoc contingit Johannem aliquod impedimentum sustinere, quod idem Godscalcus et Johannes Manhagen sibi sublevabunt.

*406. Dominus Jo[hannes] de Meppen statuit pro Hinrico Lindowen pueris Hermanni Lindowen domum suam lapideam, quam inhabitat, pro 150^{a)} m. a f. pasche nunc proximo ad 2 annos. Sed si ante conplecionem dictorum 2 annorum filia Hermanni Lindowen erit desponsata, tunc Hinricus Lindowe solvet dictam pecuniam; quod si non fecerit, tunc domus vendi^{b)} potest et pecunia predicta de ipsa sumatur.

A. D. 1318 circa Margarete. (*Juli 13.*)

[f. 25 b]

407. Herderus Molendinarius statuit relicte Thiderici Rocküt suum ventimolum pro 36 m. usque ad f. Martini pro pignore exsequoto.

*408. Thyde man de Vreden statuit puero Stighes hereditatem suam in Longa platea, que eodem puero pertinebat, pro 50 m. a f. s. Johannis Baptiste nunc elapsi per 4 annos, de quibus debet puero de necessariis providere.

*409. Gerwinus Lof statuit Jordano Voghen suum ortonem iuxta Thi[dericum] de Ruya cum omnibus attinenciis pro 100 et 5 m. usque Martini.

o410. Johannes Albus statuit suam hereditatem Ertmaro Copman pro . . . 5 m. puri argenti.

*411. Hinceke Voghedehagen statuit suam hereditatem iuxta domum magistri Peregrini Echardo de Kylis pro 8 m. et 4 sol.; si tunc non redimit, tunc empicio legitima manebit; usque Johannis statuit sibi.

*412. Alheydis filia Jo[hannis] Caboltdorp^{c)} statuit Hinrico de Zemelowe octavam partem sue hereditatis pro 4 m. per unum annum.

*413. Nycolaus Slawus institor statuit Hinrico de Alen suam bodam iuxta Gerhardum Knop pro 30 m. ad 2 annos pro pignore exsequoto. Scriptum in vigilia Divisionis Apostolorum (*Juli 14.*).

*414. Tymmo Reper statuit medietatem sue stipe sive medietatem eiusdem hereditatis Hinrico Reper de Godlandia pro 250 m., de quibus annuatim sibi dabit red. 25 m. Quolibet f. Johannis dabit redditus.

415. Domina Margareta relicta Nicolai Cranz et eius filius Johannes statuerunt Jacobo de Sullen quartam partem hereditatis eorum in pl. Zemelosen pro 40 m.; quas si non solverint ei in f. Michahelis transactis 2 annis a f. Michahelis nunc venturo, extunc ipsam exponere poterit pro pecunia supradicta; et per hos 2 annos ipse Jacobus habebit casam ipsius domus pro 4 m.

*416. Nycolaus filius domini Gerhardi statuit suam lapideam domum sitam^{d)} in Bodenstraten domino Godfrido decano in Colbergis pro 16 m. puri argenti pro exsequoto pignore, quarum 4 m. argenti dabit nunc in f. Michahelis et ultra ad 3 annos quolibet f. Michahelis 4 m., quoisque predice 16 m. sint persolute. Si vero expensas fecerit dominus Godfridus ex parte huius pecunie, has expensas idem Nicolaus sibi restaurare tenebitur, prout decet. Actum a. D. 1318 dominica infra octavam Assumptionis Marie (*Aug. 20.*).

^{a)} 100 *getilgt.* ^{b)} *Hdsch.* vendidi. ^{c)} dorp *übergeschrieben.* ^{d)} *Hdsch.* snam.

*417. Hermannus Sartor emit hereditatem Mechtildis relicte Willekini Beren in pl. Zemelown et est ei resignata. Sed predicta domina Mechtildis et eius 3 filie, videlicet Gerborch de Stene, Mechtildis de Stene et Margareta de Stene, optinebunt diebus vite earum quilibet $2\frac{1}{2}$ m. annuatim. Sed quo ciens una predictarum morietur, tociens memorato Hermanno $2\frac{1}{2}$ m. erunt solute; et hos red. in predicta hereditate optinebunt. Preterea primitivi pueri sepedicti Hermanni in hac hereditate habent 150 m.; pro quibus eis statuit hereditatem.

418.^{a)} Danyel statuit quartam partem in hereditate Ottonis Divitis pueris Johannis Damodem pro 60 m. Relicta Conradi Godebus statuit iam dictis pueris Domoden medianam hereditatem suam in Longa platea pro 70 m. minus 2 m. usque ad Nativitatem Domini pro pignore prosequuto.

A. D. 1318 circa Michahelis.

[f. 26 a]

*419. Uxor Bernardi Welingi et eius filius statuerunt Jo[hanni] Brunesvic ad manus Hin[rici] Stotekel de Calmer bodam eius iuxta Forum, in qua moratur, pro 100 et 20 m. usque Michahelis nunc venturum.

420. Nycolaus Beggherowe statuit Godfrido et Bertramo fratribus de Brakke 2 domus fabrine iuxta Fratres Maiores inter ortonem et domum Bollenhornes situatas pro 100 m. slavicalibus minus 2 m. usque in f. Nativitatis Cristi nunc venturum, tali condicione: si tunc non redimerit, quodtunc ipsorum Godfridi et Bertrammi tamquam legitima empicio permanebunt.

*421. Johannes Sump concessit ecclesie b. Marie in Nova Civitate medianam hereditatem suam, que Ruyelande quandam pertinebat, iuxta Forum Carbonum et idem Johannes Sump statuit ipsam medianam hereditatem Johanni de Stenweghe pro 90 m. sclavicalibus pro exequuto pignore usque in f. pasche nunc venturum, et pro defectu promiserunt idem Jo[hannes] Sump et Kedingus et ipse Jo[hannes] Sump satisfaciet civitati pro ipsa hereditate.

*422. Johannes Albus statuit Thydemanno de Caminata moranti in Ryga terciam partem sue hereditatis in pl. Ravensberch pro 66 m. usque in f. pentecostes, ita videlicet, si tunc non redimerit, empicio legitima permanebit ipsius Thy[demanni] et suorum heredum. Si Thydemannus tunc in Sundis non fuerit, Bertoldo de Zoltwede vel Hyldebrando de Lemegowe idem faciat, quod facere deberet Thydemanno prenotato.

*423. Johannes Hovener pistor statuit domino Bertrammo Travenemunde quartam partem hereditatis sue, quam inhabitat, cum^{b)} 3 budis retro hereditatem in Papenstrate^{b)} pro 48 m. usque in f. pentecostes.

*424. Albertus de Lubek statuit Jacobo de Cyppeken 3 partes sue hereditatis, quam inhabitat, pro 100 m. usque Michahelis nunc venturum pro pignore prosequuto. Et eodem modo Jacobus de Cyppeken statuit easdem 3 partes hereditatis pueris Hinrici de Cyppeken pre 100 m. usque ad predictum tempus; de quibus pueros tenebit ut melius poterit pertractando. Pro defectu stabunt Albertus et Jacobus prenotati coniuncta manu.

*425. Thideman de Ruya pistor statuit Cesario Crispo ventimolum suum in fine dammonis ante Vrankendor constitutum pro 100 m. usque in f. pasche nunc

^{a)} bis 60 m. durchstrichen.

^{b)} cum bis Papenstrate besonders durchstrichen.